ciperet ab eo: ⁊ icubum loco alterius demonis se faceret. ⁊ hoc
triplici ex causa. Puta qꝛ demon deputatus mulieri reciperet
semen ab altero demone deputato viro: vt sicvnusquisqꝫ circa
sibi a principe demoniorꝫ comissum habeat maleficiũ exercere
cumvnicuiqꝫ pprius deputet̃ angelus etiã a malis vel ppter se
ditatem actus: quã demon vnus facere abhorreret: cũ in sequẽ
ti qõne patebit certi demones ex nobilitate nature certos act⁹
⁊ spurcitias facere abhorrerent: vel qꝫ inuisibiliter loco viri se
minis: suũ semen. i. qꝫ incubus recepit inuisibiliter se interpo
nendo mulieri intromittat: quam interpositionẽ facere nõ est
ꝫ eius naturam aut virtutẽ: cum etiã in corpore assumpto inui
sibiliter ⁊ incõtrectabiliter se interponere potest: sicut supra de
illo iuuene qui idolũ desponsauerat patuit. Ad tertiũ hoc qõ
dr̃ qꝫ virtus angeli est infinita respectu superiorꝫ: hoc est qꝛ eius
virtus cõprehendi non põt ab inferioribus: quin semꝫ supꝫ ex
cedit eã: ita qꝫ non limitatur ad vnũ effectũ tm̃. Et hoc ideo: qꝛ
supꝛema in entibus habent virtutes maxime vniuersales. Un̄
ppter hoc qꝫ est infinita superius non põt dici qꝫ possit indiffe
renter in oẽm effectum illũ adꝓducendum: qꝛ sic etiã diceret̃ in
finita inferius sicut superius. Demum qꝛ inter agens ⁊ patiẽs
dꝫ esse ꝓportio: ⁊ nulla põt esse proportio inter substantiã pu
re spiritualem ⁊ corporalem: ideo nec ipsi demones possent in
aliquem effectũ nisi mediante aliquo alio principio actiuo. In
de est qꝫ seminibus reꝫvtuntur ad effectus ꝓducendos. Juxta
augustinum. iij. de trinitate. Unde hoc argumentũ redundat
in precedens: nec per illud fortificatur nisi quis vellet declara
tionem eius habere: quare intelligentie asseruntur habere vir
tutes infinitas superius ⁊ non inferius: ⁊ daretur sibi ex ordi
ne rerum corporalium ⁊ corporum celestium: qui ꝑm se in plu
res ⁊ infinitos effectus influere possent. Hoc autem nõ fit pro
pter debilitatem inferiorꝫ. Concluditꝫ qꝫ demones ꝛ absqꝫ hoc
qꝫ corpa assumãt possint trãsmutatiões in seminib⁹ facere: hoc
nihil arguit cõtra hoc qꝫ hic intenditur de incubis ⁊ succubis
quoꝝ actus exercere non pũt: nisi in assumptis corporibus ꝑm

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

q̄ supra tactum est. ¶Ad quartū. q̄ demones non possunt mo
uere corpora localiter: vnde nec semen ꝛc. p̄batur q̄ ibi de aia
per similitudinem. Dicendum q̄ aliud est loqui de substantia
spūali ipsius angeli aut demonis: ꝛ aliud de ipsa aīa. Hoc em̄
q̄ aīa non potest mouere corpus localiter nisi viuificatum ab
ea: vel per contactum corporis ad aliud corpus non viuificatū
hoc est q̄ tenet infimum gradum in ordine substantiarum spi
ritualium: ex quo etiam contingit q̄ illud corpus quod h̄z mo
uere etiam per contactum: opz̄ q̄ sit proportionatum: non sic
aūt est de demonibus: quorum virtus omnino corporalem vir
tutem excedit. ¶Ad quintum dicendum: q̄ cōtactus demonis
ad corpus seminis: vel cuiuscunq̄ alterius: non est ꝯactus cor
poralis sed virtualis: ꝛ fit ꝑm ꝓportionem conuenientem tam
mouenti q̄ mobili: ita q̄ illud corpus quod mouetur non ex
cedat proportionez̄ virtutis demonis: vt sunt corpora celestia
ꝛ etiam tota terra vel elementa mundi. Et quare illa excedunt
dicere possumus: vt dicit sanctus Thomas in questionibus de
malo. q. x. de demonibus. Quod hoc est: vel propter conditio
nem nature vel propter damnationem culpe. Est enim ordo re
rum sicut ꝑm naturam ipsarum: ita ꝛ ꝑm motum. ꝛ sicut superio
ra corpora celestia mouentur a superioribus substantijs spiri
tualibus: vt sunt angeli boni: ita in inferiora corpora moueri
possunt a substantijs spiritualibus inferioribus: vt sunt demo
nes. Et si quidem hoc contingit eis ꝑm conditionem nature.
ꝑm q̄ aliqui ponebant demones non esse ex illis superioribus
angelis. Sed ex illis que perficiuntur a deo huic terrestri ordi
ni: vt erat philosophorum opinio: vel etiam si contigit ex pe
na peccati: vt theologorum sententia est: tunc a celestibus sedi
bus detrusi in hunc aerem tanq̄ ad penam non possunt ipsum
aut terram commouere. Hec addita sunt propter duo argu
menta: que tacite soluuntur: scilicet de corporibus celestibus:
q̄ illa etiam possent mouere. Si possent corpora localiter mo
uere: q̄ sunt eis magis ꝓpinqua: vt etiam vltimum argumen
tum pretendit. Respondetur enim q̄ nonvalet: q̄ illa corpora
proportionem virtutis eorum si quidem prima opinio locū ha
bet. Si vero non: sed secunda: tunc iterum non possunt mou

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

re propter penam peccati. Est etiam ad argumētum: vbi quis obiiceret: q̄ idem est motus totius ⁊ partis: sicut totius terre ⁊ glebe: in quarto physicorum. Unde si demones possent mouere partem terre: possent etiam mouere terram non valet: vt patet intuenti distinctionem. Colligere autem semina rerum et applicare certos effectus non excedit eorum virtutem naturalem deo eis permittente: vt de se patet. Summarie concludatur: q̄ non obstante quod quidam dicunt demones in assumptis corporibus nullo modo posse generare: ⁊ q̄ per filios dei significentur filii seth: ⁊ nō angeli incubi. sicut ⁊ per filias hominum: ille que de stirpe Cayn descenderant. Q̄ tamen ꝓtrarium a multis: vt patuit asseritur: ⁊ quod multis videtur non potest omnino esse falsum: ꝑm philosophum in. vii. Ethicoꝝ. Et in fine de somno ⁊ vigilia. Jam etiā modernis tēporib⁹ attestat̄ facta ⁊ dicta maleficarū talia vere ⁊ realiter exequentiū ideo dicimus tria. prīo q̄ tales demones spurcissimi actus venerei non delectatiōis sed infectiōis aīe ⁊ corporum q̄bus succubūt aut incubunt causa exercent̄. Scdo q̄ tale actū cōpleta ꝯceptio ⁊ generatio a mulieribus fieri pōt: inquātum semen humanū apponere possunt in loco ꝯueniēti vētris mulieris ad materiā ꝓportionatā ibidez preexistentē. A simili: sicut semina aliarū rerū colligere pnt ad cōplendū aliquos effect⁹. Tertio q̄ demonib⁹ attribuit in taliū generatiōe illud tm̄ qđ est mot⁹ localis nō aūt ipsa generatio cui⁹ principiū nō est virtus demonis aut corpis ab eo sumpti: sz virt⁹ illius cui⁹ semē fuit. vñ ⁊ genitus nō demonis sz alicuius hoīs filius est. Et ꝑ hec ptz rnsio ad argumenta vbi quis arguere vellet q̄ demones generare nō possent ꝓpter duo. Primo q̄ generatio cōplet̄ per virtutē formatiuā q̄ est in semine corpe viuo resoluto. Et corp⁹ a demonib⁹ assumptū quia non est tale: ergo ⁊c. Ptz rnsio quia demon virture seminis formatiuā reponit ad locuz debitū ⁊c. Scdo si dicat̄ q̄ semē nō hz virtutem generādi: nisi ꝙdiu calor aīe in eo retinet̄: quē tm̄ exalare necesse est ꝑ magnā distantiā delatā. Est enim rnsio q̄ demones pnt aliqua reponere ad cōseruationē seminis: ne calor vitalis euaporet. Uel etiā qz velocissime mouentur propter victoriā mouētis super rem motam. Ideo non poterit euaporari tam feliciter.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

¶ Quarta questio quib⁹ demonibus huiusmodi exercentur.

Vtrum catholicū sit asserere ꝙ actus incuborū ⁊ succuborum demonū conueniāt oībus spiritibus īmūdis indifferenter ⁊ equaliter. Et videt ꝙ sic: qr oppositū assererent ordinē quendam bonū inter eos affirmare ꝓbatur. Sicut ad rationē boni pertinet modus ⁊ ordo. Augustinus in libro de natura boni ita ad rationē mali ptinet inordinato. Sed in angelis bonis nihil est inordinatū: ergo ⁊ in malis nihil potest esse inordinatuz. Uñ indifferenter hmōi actibus habent insistere. Inde etiam illō. Ubi nullus ordo sed sempiternꝰ horror inhabitat in terra: videlicet miserie ⁊ tenebrarum. Job. x. Preterea si non omnes indifferēter his actibus insistūt hoc eis competit vel ex natura vel ex culpa vel pena. Non ex natura: qr post peccatuz omnes indifferēter: vt in p̄cedenti questione tactum est: sunt in natura ipsoꝝ spiritus impuri: lz non immūdi quantū ad diminutionē naturalium bonoꝝ. In nequitia subtiles nocendi cupidi per supbiam tumidi ⁊c. ergo cōpetit eis quo ad culpaz vel penam. Tunc sic. Ubi est maior culpa: ibi maior pena: sed superiores angeli magis peccauerūt: ergo in eoꝝ penam magis bis spurcitijs habēt insistere. Si hoc non est dabit ratio alia: cur nō illis actibꝰ indifferenter insistant. Preterea vbi non est subiectio ⁊ obediētia: ibi oēs indifferenter operant: sed in demonibus nulla est subiectio ⁊ obedientia probatur. Quia illa fine concordia haberi nō possunt: sed in demonibꝰ nulla est concordia. Prouerb. xiij. Inter superuos semper sunt iurgia. Preterea sicut equaliter oēs ꝓpter culpā post diem iudicij in infernū detrudentur: ita ⁊ ante illud tēpus in aere caliginoso ꝓpter officium eoꝝ detinent: nec legit esse equalitas ex causa mācipationis: ergo nec equalitas ex parte officij ⁊ tēptatiōis. Sed ꝯtra glosa. ſ. ad Loꝝ. xv. Quādiu durat mundus: angeli angelis: homines hoibus: demones demonibus presunt. Itē Job. xl. ōr de squamis leuiathan: ꝙ quas membra diaboli significant: ꝙ vna vni adheret: ergo inter eos est diuersitas: ⁊ ordinis: ⁊ actionis. Incidētaliter q̄ritur. Vtrum a bonis angelis ipsi demones ad hmōi eoꝝ spurcitys exequendis interdū impediant vel non. Et dicendum ꝙ qr potestas dicuntur angeli:

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

quorum ditiõi virtutes aduerse subiecte sunt: vt Grego. dicit. ⁊ Augusti. iñ. de triñ. Spūs vite desertor atq; peccator regit p spm̃ vite rõnalẽ piũ ⁊ iustũ. Et sicut ille creature sup alias influentiã habent que sunt pfectiores ⁊ deo ppinquiores eo qꝫ totus ordo prelationis primo ⁊ originaliter est in deo: ⁊ ptici patur a creaturis: ꝑm qꝫ ei magis ppinquãt. Ideo etiam boni angeli q̃ maxime appropinquãt deo ppter eius fruitionẽ: qua demones carẽt sup ipsos demones habẽt ꝓlationẽ ⁊ p eos regunt̃. Et cũ instatur qꝫ demones premissis medijs multa mala faciunt: aut ergo non impediuntur: quia nó subsunt bonis angelis: qui eos impedire possent: aut si subsunt tunc cum ad negligentiam presidentis pertinere videnṫ: ea que per subditos male fiunt. Uidetur qꝫ in angelis bonis sit aliqua negligẽtia. Respondetur qꝫ sancti angeli sunt ministri diuine sapiẽtie. Unde sicut diuina sapientia permittit aliqua mala fieri p malos angelos: vel homines propter bona que ex eis elicit: ita ⁊ boni angeli: non totaliter cohibent malos a nocendo siue homines siue demones. Responsio. catholicum est asserere quẽdam ordinem actionũ interiorum ⁊ exterioꝝ: etiam per quandam prelationem esse in demonibus. Unde ⁊ quedam spurcitie ab aliquibus infimis perpetrantur: a quibus superiores propter nobilitatem nature secluduntur. Et declaratur: hoc primo generaliter ex triplici congruentia: qua talia congruunt eorum nature diuine sapientie ⁊ proprie nequitie. Primum magis in speciali. Ex natura quidem. Nam constat qꝫ a principio creationis semper quidam alij superiores fuerunt ex natura cũ inter se differãt specie: nec duo angeli vnius speciei existant communiorem opinionem sequendo: que etiaz dictis philosophorum concordat: ⁊ Dionysius qui ponit. x. ca. celestis hierarchie in eodem ordine esse primos: medios: ⁊ vltimos: cui etiã necessario oportet assentire: tamẽ ex immaterialitate eorũ: tũ etiam ex incorporalitate. Inspiciat qui vult dicta doctoris in ij. di. ij. Et quia peccatũ naturam nõ tollit: ⁊ demones post casum data naturalia nõ amiserunt (vt supra tactũ est) ⁊ operationes rerum sequuntnr naturales earum conditiones: ideo sicut in natura: sic ⁊ in operationibus sunt varij et multiplices.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Congruit etiam hoc diuine sapiētie: vt ea que ab ipso sint: ordinata sint. Romanorū. xiij. que a deo sunt ordinata sunt. Et quia demones sunt a deo deputati ad exercendum homines: ꝛ ad puniendum dānatos. Ideo in exercitꝰs eoꝝ ab extra quo ad hoīes sunt vary ꝛ multiplices. Congruit etiam ꝛ nequitie ipsoꝝ. Quia eñ humano generi aduersantur: ideo cum ordinate impugnāt: ideo magis hominibus nocere estimant: sicut faciunt. vnde cōstat spurcitꝰs in nephandissimis nō equaliter insistunt: qō etiam magis specificatur tali rōne. Nam cum operatio sequitur naturā rei vt dictum est: quorūcunqꝫ sunt nature subordinate: oportet etiam ꝙ operationes sibiꝫnuicē subordinantur: sicut patet in rebus corporalibus. Quia eñ inferiora corpora naturali ordine sunt infra corpora celestia: actiōes ꝛ motus eoꝝ subduntur actionibus ꝛ motibus celestiū corporum: ꝛ qꝛ vt dictū est demones naturali ordine īter se differūt. Ideo etiam naturalibus actionibus intrinsecis ꝛ extrinsecis: pśertim in huiusmodi spurcitꝰs peragendis. Ex quibus concluditur ꝙ qꝛ huiusmodi spurcitie plurimum pꝛeter nobilitatem angelice nature exercentur: cum etiam in actibus humanis infimi ꝛ fediſſimi actus in se quidem ꝓsiderando: nō quantum ad officiū nature ꝛ procreationis reputantur. Demones cum de quolibet ordine aliqui cecidisse creduntur: non est inconueniēs asserere ꝙ illi demones q̄ de infimo choro ꝛ iterum illi q̄ infimi in illo existunt: in his spurcitꝰs ꝛ aliꝰs deputantur ꝛ insistunt. Hoc etiam plurimum est aduertendum: ꝙ licet de incubis ꝛ succubis mulieribus infestos scriptura tradit: tamē nusq̄ꝫ legitur in vitꝰs quibuscūqꝫ contra naturam loquendo: non solum de sodomitico: sed etiam de quocūqꝫ alio peccato extra vas debitum perpere agendo se incubos ꝛ succubos fecisse. In quo maxima illorum peccaminum enormitas ostenditur: cum indifferenter omnes demones cuiuscūqꝫ ordinis illa peragere abhorrent ꝛ verecundum estimāt. Et hoc videtur velle glosa super Ezechielem. xix. vbi dr. Babo te in manus palestinorum: id est demonū: qui etiam erubescunt de via tua scelerata vitium contra naturam intelligens: ꝛ intuenti patet ꝙ de demonibus oportet authoritatem intelligere. Nullus eñ peccatum tam sepe deus reproba morte in multis condē-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

nauit. Bicūt etiā nonnulli ꝛ veraciter creditur ꝙ nullus talis vitiꝫ postꝯ tps mortalis vite xp̄i qđ ad ānos. xxxiij. extēditur in hoc scelere pseuerans excesserit: nisi speciali gratia redemptoris poterit liberari: quod ex eo patet ꝙ octogenariꝫs ꝛ cētogenariꝫs isto crimine inueniuntur sepe irretiti quibus tēpus xp̄i qꝛ vite morum disciplina fuit: ꝛ ideo illo spreto vix vnꝯ sine difficultate per maxima ad hoc scelere continebit. Sed et ꝙ ordo sit inter eos: etiam ad officia exteriora quo ad impugnationes demonstrant eorum nomina. Nam licet vnum et idem nomen: scilicet diabol⁹ multipliciter exprimatur in scripturis: ꝛ hoc propter eoꝝ diuersas proprietates. Tamen his immundis operibus vnus presidere in scripturis traditur: sicut etiaz ꝛ certis alijs vitijs. Est enim vsus scripture locutiōis ꝙ quemlibet immundum spiritum nominare diabolum a diaqđ est duo: ꝛ bol⁹ qđ est morsell⁹: qꝛ duo occidit: scz corp⁹ ꝛ aīmā: ꝛ ꝑm etymologiā licet greci interptantur diabol⁹ clausus ergastulo: ꝛ hoc sibi cōuenit: cū nō permittitur sibi nocere quātum vellet. Uel diabolus quasi defluens: qꝛ defluxit id est corruit specialiter ꝛ localiter. Nominatur etiam demō: id est sapiens super sanguinem vel sanguineus: scilicet super peccata que sitit ꝛ procurat triplici scientia qua viget: scilicet subtilitate nature: experientia temporum: ꝛ reuelatione bonorum spirituum. Nominatur etiam belial quod interpretatur absqz iugo vel absqz domino: qꝛ pro posse pugnat contra eum: cui deberet esse subiectus. Uocatur etiaz beelzebub: quod interpretatur vir muscarum. i. animarum peccantium: que reliquerunt verum sponsum christum. Item sathanas. i. aduersarius. Unde. j. Pe. ij. Aduersarius vester diabolus circuit ꝛc. Item behemoth. id est bestia: qꝛ facit homines bestiales. Item tamen demon fornicationis: ꝛ princeps illius spurcitij dicitur asmodeus: quod interpretatur factura iudicij: qꝛ propter huiusmodi vitium factum fuit terribile iudicium super sodomam: ꝛ q̄tuor alīs ciuitatibus. Sicut ꝛ demon superbie dicitur leuiathan: quod interpretatur additamentum eorum: quia ꝛ lucifer tentans primos parentes de superbia promisit eis additamentum diuinitatis. De quo ꝛ per Esaiam dominus. Uisitabo super leuiathan serpentem veterem ꝛ tortuosum: et demon

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

auaricie ⁊ diuitiarum dicitur Mamona:quem ⁊ christus in euangelio expressit. Mat.vj. Nō potestis deo seruire ⁊c. Ad argumenta ad primū:ꝙ quia bonum pōt inueniri sine malo: sed malum nunqꝫ inuenitur sine bono:quia fundatur sup creaturam:que in se bona est. Et ideo demones inquantum habēt naturā bonā:ordinati sunt in naturalibus:⁊ in eorum actionibus ad illud Job.x.pōt dici.ꝙ demones ad exercitiū deputati non sunt in inferno:sed isto aere caliginoso. Unde hic habent ordinē inter se:quē tunc in inferno non habebunt. Unde etiam dici pōt:ꝙ etiā iam oīs ordo in eis cessat:quo ad ipsam beatitudinem consequendam:cum a tali ordine irrecuperabiliter ceciderunt. Et dici pōt:ꝙ etiam in inferno erit inter eos ordo potestatis:⁊ penarum afflictionis:inquātum aliq ad affligenduz aīas deputabuntur:⁊ nō alīj. Sed hic ordo magis erit a deo:quā ab ipsis:sicut etiā ⁊ eorum tormenta. Ad tertiū cum dicitur:ꝙ superiores demones:qz magis peccauerunt et magis puniunt:etiam ab his actibus immūdis amplius debetur insistere. Rñdetur:qz culpa ordinatur per penam:⁊ non p nature actum seu operationē:ideo non insistunt illis immūditijs ꝓpter nobilitatē nature:non propter eoꝝ culpā:aut penam. Et licet oēs sint spūs impuri ⁊ ad nocēduz cupidi:tñ vn⁹ ampli⁹ altero inquātum potiora naturalia sunt obtenebrata. Ad quartū dicitur:ꝙ est cōcordia inter demones:nō amicitie sed nequitie:ex qua hoīes odiūt:⁊ dei iusticie repugnāt:quantū pñt. Talis em̄ ꝯcordia inter impios reperit:vt eis se adiūgant ⁊ subijciant ad ꝓpriam nequitiam exequēdam:quas potioribus viribus videt. Ad quintum lz carceralis mancipatio omnib⁹ equaliter deputet:ia in aere:⁊ post in inferno: non tñ ex hoc naturalia in eis sunt equaliter ad equales penas:⁊ officia equalia ordinata:immo quāto sunt nobiliores in natura: ⁊ potiores in officio:tanto ⁊ grauiori subiecti tormēto. vnde sap̄.vj. Potentes potenter tormenta patiuntur.

Nā possit quomō catholice cēseri:ꝙ origo ⁊ multiplicatio maleficoꝝ operum processerit ex influentijs corporum celestium seu superabundanti malicia hominum:si non ex spurcitijs incuboruz ⁊ succuborum demonum:⁊ videtur ꝙ ex propria mali-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

cia. Nam Augu. in. li. lxxxiij. q. dicit q̄ ad hoīs voluntatē causa deprauationis eius redit siue aliquo siue nullo suadente deprauata sit. Sed maleficus deprauatur per peccatū: ergo causa illius non est diabolus: sed voluntas humana. Ad idem dicit de libe. arbi. q̄ quilibet causa sue malicie quod etiam p̄batur ratione. Peccatum hominis ex libe. arbi. procedit: ſz̄ diabolus non potest libe. arbi. mouere: hoc enim libertati repugnaret: ergo diabolus non potest esse causa: nec illius cuiuscūq̄ peccati. Preterea in li. de ecclesiasticis dogmatibus dicitur Non omnes cogitationes nostre male a diabolo excitantur: sed aliquotiens ex nostri arbitrij motu emergunt. Demū q̄ ex influentijs corporum celestium possint oriri ꝛ non a demonibus probatur. Sicut oīs multitudo reducitur ad vnū: ita omne multiforme reducitur ad aliquod vniforme principiū. Sed actus humani sunt varij ꝛ multiformes: tam ad vitia q̄ advirtutes: ergo videtur q̄ reducantur in aliqua principia vniformiter mota ꝛ mouentia. Sed talia non possunt assignari: nisi ex motibus celestium: qui sunt vniformes: ergo illa corpa sunt talium actionum cause. Preterea si celestia corpora non essent humanorum actuum ad virtutes ꝛ vitia cause astrologi: non adeo frequenter vera predicarent de bellorum euentibus: et alijs humanis actibus: sunt ergo aliquo modo causa. Preterea corpora celestia possunt imprimere in ipsos demones ad causandum certa maleficia: ergo a fortiori in ipsos homines. Assumptum probatur ex tribus. Naz certi homines qui lunatici dicūtur: infestant a demonib⁹ plus vno tpe q̄ alio qō non facerēt: ſz̄ potiꝰ omni tpe molestarent: nisi ex certis lunationibus etiam ipsi demones inqetarent ad infernum hmōi p̄batur etiam ex nigromanticis q̄ certas constellatiōes obseruant ad inuocandum demones: qō non facerēt nisi scirent illos demones corpibus celestibus esse subiectos: probatur etiam ex illo q̄ demones ꝑm Aug. in. x. de ci. dei. quibusdam corpibus inferioribus exercentur. s. herbis: lapidibus: animantibus et sonis quibusdam certis ꝛ vocibus ꝛ figurationibus sed cum corpora celestia sint virtuosiora q̄ corpora inferiora. ideo multomagis actionibus corporum celestium. Et iterū amplius malefici subijciunt vt eoꝝ opa ex influentijs illoꝝ corporum ꝛ nō

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ex assistentia spirituum maloꝝ pueniãt. Fortificatur argumentum ex. j. Regũ. c. xvj. vbi saul vexabatur a demone: alleuiabatur qñ dauid cythară pcutiebat coram eo: ⁊ ꝙ recedebat spiritus malus. Sed ꝓtra. Impossibile est effectuꝫ sine causa sua ꝓducere: sed opa maleficoꝝ sunt talia ꝙ non pñt nisi opere demonum fieri: ptꝫ ex descriptione operum maleficoꝝ. ex Isido. li. viij. ethi. Malefici dicuntur ob magnitudinẽ fascinoꝝ. Hi enĩ elementa ꝓcutiunt: mentes hoĩm turbant: ⁊ absqꝫ vllo veneni haustu sola vi carminum animas intereũt ⁊c. Hmõi autẽ effectus nõ pñt ex influentijs corporum celestium mediãte hominum causari. Preterea philosophus ethi. Difficile inquirit q̃d sit principiuꝫ opationis in anima. Et ostẽdit ꝙ oportet esse aliquod extrinsecum. Omne enĩ qđ incipit de nouo habet aliquam causam. Incipit eniꝫ homo operari qꝛ vult. Incipit autem velle: qꝛ conciliatur: si aũt pręcõciliatur ꝑpter aliquod concilium precedẽs: aut ergo est ꝓcedere in infinituꝫ aut oportet ponere aliquod principium extrinsecũ ꝙ primo mouet hominem ad ꝓciliandum: nisi forte aliquis dicat ꝙ hoc est a fortuna: ex quo sequeretur omnes actus humanos esse fortuitos: qđ est absurdum. Principiuꝫ ergo in bonis ad bona dicit esse deum q̃ non est causa peccati. In malis aũt cum homo incipit agere velle ⁊ conciliari ad peccandum: oportet ꝙ huius etiaꝫ sit aliqua causa extrinseca: ⁊ non potest esse alia ꝑ nisi diabolus ꝑsertim in maleficis: vt supra patuit: quia corpus celeste nõ potest ad tale actus influere: ergo patet veritas. Preterea cuius potestati subiacet motiuum eius potestati subiacet ⁊ motꝰ q̃ a motiuo causatur. Motiuum autem voluntatis est aliquid apprehensum per sensum vel intellectum: quoꝝ vtrumqꝫ subiacet potestati diaboli. Dicit enim Augustinꝰ in libro. lxxxiij. q. Serpit hoc malum. s. quod est a diabolo per omnes aditus sensuales dat se esse figuris: accomodat se coloribus: adheret sonis: latet ira ⁊ in fallacia sermonibus: odoribus se subijcit: infundit saporibus: ⁊ quibusdaꝫ nebulis: implet omnes meatus intelligentie: ergo videtur ꝙ in potestate diaboli est mouere voluntatem que est directe causa peccati. Preterea omne qđ se habet ad vtrumlibet indiget aliquo determinante ad hoc vt exeat in actum; sed libe. arbitri. hominis ad vtrumlibet se

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

habet.s.ad bonum ꝛ malum:ergo ad hoc quod exeat in actuꝫ peccati indiget ꝙ ab aliquo determinetur ad malum. Maxime autem hoc videtur fieri a dyabolo:presertim in operibus maleficorum cum eius voluntas est determinata ad malum:ergo videtur ꝙ mala voluntas dyaboli est causa male voluntatis precipue in maleficis:ꝛ potest fortificari ratio:per hoc ꝙ sicut bonus angelus se habet ad bonum:ita malus angelus ad malum. Sed ille reducit homines ad bonū :ergo iste ad malū est eñ qō. dicit enim Dionysius lex diuinitatis immobiliter stabilita. vt ima a summis perficiantur. Responsio. quia questio quo ad originem maleficorum operum fundatur super influẽtiam luminarium celestium:ostẽditur per reprobationem triū errorum qui hoc asserere conantur. scilicet planetariorum genethliacorum ꝛ fatalium ordinem ponentium hoc nō esse possibile quo ad primum. Naz si queritur an ex impressione lumīnarium celestium causetur in hominibus vitium maleficorum tunc ad diuersitatem morum attendendo ꝛ veritatem fidei saluando oportet sub distinctione differe videlicet ꝙ mores hominū a syderibus causari potest intelligi dupliciter. Aut necessaria ꝛ sufficienter:aut dispositiue ꝛ contingenter. Si dicatur primo modo:tunc non solum est falsum:immo hereticum eoꝙ xp̃iane religioni a deo repugnat:ꝙ etiam veritas fidei in tali errore saluari non potest. Ratio. Dum enim ponit oia a syderibus necessario euenire iam tollit meritum. ꝛ per ꝫsequens demeritum. Tollit ꝛ gratiã ꝛ per ꝫsequens gloriã. Tum qꝛ honestas moꝛ per hunc errorẽ preiudicū patitur dū culpa peccãtis in sydera refundit licentia maleficiendi sine reprehensione cōceditur:ꝛ homo ad orandum ꝛ colendum sydera incuruat. Si autem dicatur mores hoīm a dispositionibus syderū variari dispositiue ꝛ ꝫtingenter sic potest habere veritatẽ: qꝛ nec rōni nec fidei repugnat. Planum eñ est ꝙ dispositio corporis varia multum facit ad variationez affectionum ꝛ moꝛ anime. vt plurimum eñ aīa cōplexiones corporis imitatur: vt dr̃ in sex principijs. Unde ꝛ cholerici sunt iracundi:ꝛ sanguinei sunt benigni:ꝛ melancolici sunt inuidi: flegmatici pigri. hoc aũt non est necessarium. Anima enim dominatur suo corpori : ꝛ maxime quando est adiuta per gratiã. Multos eñ videmus cho-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

lericos mãsuetos: ⁊ melancolicos benignos. Qm̃ ergo virtus corporum celestium operat: ad mixtionem ⁊ qualitatem complexionũm. Hinc est ꝙ per consequens quodammodo operat ad qualitatem morum: valde tñ de longinquo. Plus enim facit ad qualitatem complexionũ. Hinc est ꝙ per ꝯsequens quodammodo operat ad qualitatẽ mor: valde tñ de longinquo. Plus em̃ facit ad qualitatẽ cõplexionis virtus nature inferioris: ꝙ virtus syderis. vñ Augu. v. de ciui. dei. in solutiõe cuiusdam qõnis de duobus fratribus: qui simul infirmabant ⁊ curabant. cũ querebat vñ hoc esset: magis cõmendat rõnem hypocratis ꝙ astronomi. Hipocras ei rñdit: ꝙ hoc erat ꝓpter filitudinẽ cõplexionis. Et astronomus rñdit: ꝙ erat ꝓpter idẽptitatẽ cõstellatiõis. Melius em̃ rñdit physicus: qr cãm reddit magis ꝓpriam ⁊ magis ꝓpinquã. Sic ergo dicendũ: ꝙ impressiones syderũ aliquo modo disponũt ad malitiam maleficor: siquidez alíqua influentia in eor corporibus ꝑdominat potius ad huiusmodi nephanda: ꝙ ad alia opa quecũq; vitiosa seu virtuosa: que tñ dispositio non dz dici necessaria ꝓxima ⁊ sufficiẽs sed remota ⁊ ꝓtingens. Nec valet si quis obyceret philosophũ li. de ꝓprietatib⁹ elementor: vbi dicit ꝙ regna vacua facta sunt ⁊ terre depopulate apud coniunctionẽ iouis ⁊ saturni: arguendo quasi: qr talia ex libero arbitrio deprehendebant hoim: ergo etiam influentie luminariũ sup. li. ar. haberent efficaciam. Rñdetur em̃ ꝙ phũs semp hoc dictũ nõ vult innuere: ꝙ hoies illi nõ poterant resistere illius influentie cõstellationis: ad dissentionẽ inclinantis: sed qr noluerũt: qr sicut ptolomeus in almagesti. Sapiens homo dominabitur astris: cuius em̃ cõiunctio iouis ⁊ saturni: eoq; saturnus habet influentiam melancolicam ⁊ malam: ⁊ iuppiter valde bonam: potest ad rixaz vel discordiam hoies inclinare: illi tamen inclinationi homines per libertatem arbitrij possunt resistere: ⁊ valde faciliter cum adiutorio gratie dei. Nec iterum valet si quis obyceret: dictũ Damas. li. y. c. vj. vbi dicit ꝯstituuntur multotiens comete: ⁊ signa quedam mortis regum. Respondetur enim ꝙ etiam sequendo opinionem Damas. qui fuit: vt patet in predicto libro contrarie opinionis vie philosophice: siue non nihil per hoc concluditur quo ad necessitatem actuum humanorum: opinatur em̃

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Bamaſ.q cometa nec naturaliter generatur:nec eſt vna de ſtellis in firmamento poſitis:vnde nec eius ſignatio eſt naturalis nec influentia. Dicit enim quod comete non ſunt ex his que a principio genita ſunt aſtra:ſed diuina iuſſione ſecundum tempus conſtituuntur:et rurſus diſſoluuntur. Hec Bamaſ. Pronunciat autem deus per tale ſignum mortem regis quam aliorum.tum quia eſt perſona communis.tum quia poteſt ex hoc oriri turbatio regni. Be cuius cuſtodia magis ſollicitantur angeli propter commune bonum:quorum etiam miniſterio ⁊ generantur ⁊ diſſoluuntur. Sed nec philoſophorum opinio obſtat:qui dicunt quod ſtella cometa ſit impreſſio calida ⁊ ſicca: generata in ſuperiori parte aeris prope ignem ex cuius vapore calido ⁊ ſicco globus illius vaporis adunatus apparet corpus ſtelle. Partes autem illius vaporis diſcontinuate circa illum globum : et longum protenſe in ſuis extremitatibus illi globo coniuncte ſunt:quaſi eius come:⁊ ſecundum hanc poſitionem ſignificat:⁊ cauſa non per ſe ſed per accidens mortalitatem prouenientem:ex infirmitatibus calidis ⁊ ſiccis . Et qz vt plurimum:diuites nutriuntur calidis⁊ ſiccis. Ideo illo tempore multi diuites moriuntur:inter quos mors regum ⁊ principum eſt magis notabilis:⁊ hec poſitio nec diſtat a poſitione Bamaſ.ſi quis bene conſiderat:niſi quo ad operationem ⁊ cooperationem angeli:quam nec philoſophi excludere poſſunt immo vbi vapores nunq̄ in ſua ſiccitate ⁊ caliditate ad generandum cometam currerent:adhuc operatione angeli ſepe cō currere habent cauſis predictis ſicut ⁊ ſtella que ſancti Thome doctoris tranſitum indicauit:que vtiq̄ non ex ſuperis in firmamento poſitis proſilyt:ſed operatione angeli ex materia aliqua preiacente formata : et officio peracto iterum reſoluta fuit. Undevidemus quod ſecundum quamcunq̄ iſtarum opinionum nullum penitus habent celi luminaria dominium ſuper liberum arbitrium. Unde nec conſequenter ſuper malitiaz ⁊ mores hominum. Nota inſuper quare aſtronomi vt ſepius vera predicunt:⁊ quod eorum iudicia vt plurimum ſuper vnā prouinciam aut gentem vnius terre eueniunt. Huius ratio eſt quia enim ſua iudicia ſumunt ex aſtris:que etiam habent maiorem influentiam capiendo probabiliorem non neceſſitātē in

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

actibus tã nature ⁊ voluntatis ⁊ in actibus hoim gñalibus sic
cut vni⁹ gentis vel puincie ⁊ in pticularib⁹ vnius psone: qz ma
ior effectus stellarum imprimitur in totam vnam gentez ⁊ in
vnum hoiem: ⁊ qz maior pars gentis vnius magis sequit effe
ctus naturales corporis ⁊ vnus singularis homo: ideo ⁊c. sed
hoc incidentaliter est tactum. Secũda via per quã prefata no
stra catholica assertio declaratur est per reprobationem erro
genethliacorum ⁊ deam fortune colentium mathematicorum.
De quibus Jsi. viij. ethi. ca. ix. genethliaci dicunt ppter nata
lium consideratione3 syderũ: qui vulgo mathematici dicuntur
Fortuna verovt ibidem dicit. ca. ij. fortunis nomen habere de
quasi deam quandam res humanas varijs casibus ⁊ fortuitis
illudentem. Unde ⁊ cecam appellant eo ꝙ passim in quoslibet
incurrens fine vllo examine merito ⁊ ad bonos ⁊ ad malos
venit. hec Jsidorus. Sz tale3 deã credere aut ꝙ lesiones in cor
poribus ⁊ creaturis que ex maleficorum opibus inferunt non
ab ipsis maleficis: sed ab ipsa dea fortune puenirent: sicut est
idolatria: ita ⁊ asserere maleficas ipsas ad hoc esse natas vt ta
lia per eas in mundo exerceri possint: similiter a fide alienum
existit immo ⁊ a communi philosophorũ tradition: si cui pla
cet inspiciat doctorem sanctum. li. iij. summe fidei ꝫ gentiles.
q. lxxxvij. ⁊ sequentibus: ⁊ inueniet plura: licet hoc vnicum p
pter eos qui fortassis copiam librorum non habent non videt
omittendũ: ꝙ qz in hoie tria sunt vt ibi notatur: que a tribus
celestibus causis diriguntur: voluntatis actus: itellectus actus
⁊ corporis actus quoꝝ principium a deo tantum ⁊ immediate
secundum ab angelo: ⁊ tertium a celesti corpore dirigitur. Nã
electiones ⁊ voluntates immediate a deo in bonis opibus di
riguntꝫ: dicẽte scriptura. puer. xxj. Cor regis supple quod ma
ioꝛi potentia videtur posse resistere eo minus alij non possunt
quia in manu domini ⁊ quocunqz voluerit inclinabit illud. Et
apostolus. Deus qui operatur in nobis velle ⁊ perficere pro
bona voluntate. Cognitio vero humana intellectiua a deo me
diantibus angelis ordinatur. Ea vero que ad corporalia per
tinent siue sint exteriora siue interiora in vsum hominis venien
tia a deo mediantibus angelis ⁊ celestibus corporibus dispẽ
santur. Dicit enim beatus Dionysius. iiij. de. di. no. ꝙ corpo

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ra celestia sunt cause eorum que in hoc mundo fiunt: non tamē necessitatem inferentia. Et cum homo sit ordinatus secundum corpus sub corporib⁹ celestibus secundum intellectum vero sub angelis: secundum voluntatem autem sub deo potest contingere quod homo spreta inspiratione dei ad bonum ꝛ illuminatione boni angeli ducatur affectione corporali ad ea ad que influentia luminarium celi inclinant: vt ꝛ sic tam voluntas q̄m intellectus malitia ꝛ erroribus inuoluantur. Non est autem possibile huiusmodi erroribus: quibus malefici irretiti sunt ex influentijs luminarium celi inuolui licet ad fundendum sanguinem vel furta aut latrocinia: vel etiam incontinentias pessimas perpetrare possit quis ex illis inclinari: sicut etiam alia quedam naturalia. Etiam vt Guill'. in de vniuerso dicit. q̄ per experientiam habetur si meretrix nititur plantare oliuam non efficitur fructifera: que tamen per casta plantata fructifera effi citur. Et aliquis etiam medicus in sanando: ꝛ agricola in plā tando: ꝛ miles in expugnando aliqua ex impressione celestis corporis efficiunt: que alij etiam easdem artes habentes efficere non possunt. Tertia via sumitur ex reprobatione fatalium effectuum. Ubi notandum quod factum esse aliquid vno modo catholice asseritur. Alio modo asserere est omnino hereticum. Si enim factum estimetur esse secundum estimationē quorundam gentilium et etiam quorundam mathematicorum: qui putabant quod ex vi positionis syderum causaretur infallibiliter diuersitas morum: ita quod talis efficeretur necessario maleficus vel virtuosus in moribus: quia talem eū esse causaret vis que in dispositione syderum sub qua talis vel conceptus vel natus esset comprehenderetur. Et istam vim vocauerunt nomine fati. Sed quia ista opinio non tantum est falsa: immo heretica ꝛ omnino detestanda propter inconuenientia que necessario sequerentur: vt supra tactum est circa reprobationem primi erroris: quia videlicet toleretur ratio meritī ꝛ meriti: immo gratie ꝛ glorie: ꝛ q̄ deus malor̄ nostror̄ author esset ꝛ plura alia. Ideo factum sic oīno refutat̄ q̄ nihil est: ꝑm quā acceptationem etiā Grego. dicit in Omel'. epiph. Absit a fidelium cordibus vt fata aliquid esse dicant: ꝛ l̄z hec opinio vt deat̄ eadem esse cum prima que est planetarior̄: ꝛ hoc ꝓpter ea

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

dem inconuenientia quevtrobiqz cernuntur:tamē sunt diuerse quantum inter se diuersificantur vis syderum ꝛ influxus generalis septem planetarum. Si aūt estimetur factum esse ꝑm quādam dispositionem siue ordinationem causarum secundarum ad producendum effectus diuinitus prouisos. Hoc modo factū vere est aliquid:eo ꝙ puidentia dei per causas medias exequitur suos effectus. In illis videlicet que secundis causis subduntur lz in alys nonvt est creatio aiarum glorificatio :ꝛ gīe collatio. Licet etiā angeli ad gīe infusionem cooperari pñt intellectū ꝛvoluntatis capacitatem illuminando ꝛ disponendo: ꝛ sic quedam ordinatio effectuum vna ꝛ eadem dicit puidentia ꝛ etiam fatum. Sic eñ consideraturvt est in deo sic dicitur puidentia:si autem ꝑm ꝙ est in causis medys ordinatis a deo ad effectus aliquos ꝓducendos sic habet rōnem facti:ꝛ hoc modo Boetius loquens de fato.iiij.de consol.dicit. Fatū est rebus mobilibus inherens dispositio:per quam prouidentia suis queqz nectit ordinibus. Sed tamen sancti doctores hoc nominevti recusauerunt propter eos qui illud advim positionis syderum retorquebant. Unde Augustinus ca. quinto de ci.dei dicit. Si propterea quisquam res humanas fato tribuit quia ipsam dei voluntatem vel potestatem fatum vocat:sententiam teneat ꝛ linguam corrigat. Patet etiam ex premissis tacita respōsio ad questionem. An omnia fato subdantur:ꝛ an etiā maleficorum opera illi subdantur. Quia si fatum dicitur ordinatio causarum secundarum ad effectus diuinitus prouisos. id est vbi deus disposuit per causas secundas producere effectꝰ tales:sic inquantum subduntur fato. ideſt subduntur causis secundis sic a deo ordinatis vt sunt influentie corporum celestium. Ea vero que a deo immediate fiunt vt est creatio rerū glorificatio substantialium spiritualium et alia huiusmodi non subduntur. Et hoc est quod dicit Boetius vbi supra:quod ea que sunt prime deitate propinqua fatalis ordinis mobilitatez excedunt. Unde maleficorum opera quia non subsunt secundis causis cum talia preter cursum communem ꝛ ordinem nature eueniunt. Ideo nec fato sed causis alijs quo ad eorum originem necessario subduntur.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Consequenter q nec hmõi maleficoꝝ opera pñt oꝛi
ri aut causari a substantijs separatis que sunt mo
toꝛes oꝛbium seu coꝛpoꝛibus celestium: cuius opi
nionis fuit Auicenna ⁊ sui sequaces hac ratione
moti: qꝛ eñ substantie ille separate altioꝛis sunt vir
tutis aiabus nostris ⁊ ab ipsa anima interdum cũ fuerit in sua
imaginatione ad solam quandam appꝛehensionem interioꝛeꝫ
circa aliquod extrinsecum immutat coꝛpus ꝓpꝛium: interdum
etiam alienum seu extrinsecum verbi gratia. Aliquis ambulãs
supꝛa trabem in alto positam cadit de facili: qꝛ imaginatur ca
sum ex timoꝛe: non aũt caderet si esset trabes illa posita super
terram vbi casum timere non posset. Item ad solam appꝛehen
sionem aie incalescit coꝛpus vt in concupiscentibus vel iratis
aut etiam infrigidatur sicut in timentibus: põt etiam immuta
ri ad aliquam egritudinem puta febꝛem vel lepꝛã ex foꝛti ima
ginatione ⁊ appꝛehensione ad tales egritudines: ⁊ sicut circa
coꝛpus pꝛopꝛium ita ⁊ circa alienum. vt illud immutetur ad sa
nitatem vel egritudinem ⁊ hic ponit causam etiam fascinatio
nis de qua superius tactum est. Et quia ꝑm istam positionẽ esse
ctus maleficarum haberent reduci ad motoꝛes oꝛbium ꝛ non
pꝛecise ad ipa coꝛpoꝛa celestia. Ideo vltra illaque ibi tacta sunt
Dicamus adhuc q talia sic contingere est impossibile: quia cũ
motoꝛes oꝛbium sint substantie intellectuales ⁊ bone non tam
ꝑm naturam q̃ꝫ ⁊ scõm voluntatem: quod patet ex earum ope
rationibus ad bonum totius vniuersi. Illa autem creatura cu
ius ope magice operationes fiunt ⁊ si sit bona scõm naturam
non tñ põt esse bona ꝑm voluntatem. Ideo non põt esse idem
iudicium de ambabus substantijs. Et q põt esse bona ꝑm volũ
tatem: pꝛobatur. Nam pꝛestare patrocinium aliquibus in his
que fiunt contraria virtuti non est alicuius ĩtellectus bñ dispo
siti: talia aũt fiunt in hmõi operationibus maleficoꝝ: fiũt enꝫ
vt in scõa ꝑte operis patebit plurima homicidia: fornicatiões
pueroꝝ ⁊ iumentoꝝ occisiones ⁊ alia maleficia ꝓcurantur: vn
devtentes his artibus malefici a maleficiendo vocantur: non
est ergo bñ dispositta ꝑm virtutem talis ĩtellectualis natura cu
ius auxilio hmõi artes maleficarum innitunt̃: licet sit bona ꝑm
naturam: qꝛ habet esse ⁊ illud oia appetunt: vt cuilibet intuẽ

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ti patet. Jtē nō est intellectꝰ bñ dispositi familiarē eē sceleratis
t eis patrocinīū exhibere t nō quibuldā virtuosis. Huius aūt
opibus maleficoꝝ vtunt hoīes sceleratiꝰ qz a fructibꝰ eoꝝ co-
gnoscūtur. Auxilio aūt substantiaꝝ orbes mouentiū : in bonū
quelibet creatura inclinat a natura: lz corrumpat per accidens
sepe ergo ille subst̄atie non pñt esse originalis cā maleficarum.
Preterea intellectus bñ dispositi: est reducere hoīes in ea que
sunt homini ppria bona: que qdem sunt bona rōnis abduce-
re ergo ab istis t pertrahere ad alia minima bona est intellectꝰ
indecenter dispositi. Per huius autez artes non adipiscuntur
homines aliquem pfectum in bonis rōnis: que sunt scientie t
virtutes: sed in quibusdam minimis: vt sunt deprehensiones t
exercitia latronum t mille nocumentoꝝ : ergo orīgo non est a
substantijs separatis sed ab aliqua virtute non bene dispositā
fm virtutem. Preterea non est bene dispositus fm intellectum
qui per aliqua scelera commissa prouocatur ad auxilium ali-
cui ferendum. Hoc autem fit in istis artibus maleficorum: naz
vt patebit in ꝓcutione haꝝ fidem abnegant innocentes pue
ros occidunt. Substantie enim separate que sunt orbium mo
torez ꝓpter suam bonitatem: non his maleficijs auxilium pre
stant. Concludēdo ergo qꝫ huiusmodi artes sicut non possunt
a corporibus celestibus: ita nec ab eoꝝ motoribus orīri: t cum
necesse habent orīri ex aliqua virtute alicui creature collate: t
illa etiam non potest esse bona fm voluntatem : licet sit bona
fm naturam: t huiusmodi creature sint ipsi demones: relinq-
tur qꝫ eorum virtute huiusmodi fiant: nisi fortassis adhuc ob-
stat friuola estimatio: qꝫ ex hominum malicia concurrente sup
malificoꝝ verba comminatoria t imagines repositas ad certū
locum virtute quadam stellarum sequerentur: vt verbi gratia
quando maleficus diceret imaginem aliquam reponendo: fa-
ciam te cecam aut claudam: t hoc eueniret. Tunc ideo eueni-
ret: qꝫ talis a sua natiuitate ex virtute stellarum sortiretur : pre
ceteris hominibus talem virtutē quantumcunqꝫ aly talia ver-
ba ꝓferrent t essent instructi per disciplinam ad proferendum
adhuc tamen efficaces in huiusmodi operibus esse nō possent
Ad que singula respondendo declarabitur. Primo qꝫ ex mali
cia hominum huiusmodi effectus causari nō possunt. Secūdo

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ꝙ nec ex vocibus quozũcũqꝫ hominum concurrente quacũqꝫ conſtellatione etiam ad quaſcunqꝫ imagines.

Et primo: ꝙ non ex malicia quãtũcũqꝫ ex humana poſſint oziri hmõi maleficoꝝ opera ſic declaratur. Nã malicia hoꝝ ſiue ſit habitualis inquantũ qs ex frequentatis actibꝰ acquirit habitũ inclinãtem ad ꝓpetrãdũ pctã: nõ ex ignoziãtia nec ex infirmitate. vñ cenſet peccare ex malicia. Uel ſic actualis malicia que dz ipſa mali electio q̃ etiã ponitur peccatũ in ſpiritũ ſctm̃: nũqꝫ põt circa ipm maleficum tantum efficere ꝙ talia opera vt ſunt immutatiões elementoꝝ: ⁊ leſiones circa coꝛpoꝝ indifferenter hominum ⁊ iumentoꝝ abſqꝫ aſſiſtentia alicuius altioris virtutis ꝓueniant: quod declaratur primo ex parte cauſe: ſecundo ex parte effectus maleficialis. Nam hoc qđ nõ poteſt hõ efficere abſqꝫ malicia: puta per ſua naturalia ĩminuta. minus poteſt ꝑ ipſa naturalia iam diminuta. Patet. cũ iã ſit virtus actiua etiã diminuta. Sed homo per pctã qualitercũqꝫ ꝑ maliciaꝫ cõmiſſa diminuitur in bonis naturalibus. probatur authoꝛitate ⁊ rõne. Nam dio. iiij. c. de di. no. dicit. Malus eſt effectꝰ naturalis habitudinis: ⁊ loquitur de malo culpe. Uñ ⁊ nemo noſcens malũ operaꝫ illud quod ſi operatur: ex defectu operaꝫ. Ratio ſic. Sicut ſe hꝫ bonũ gratie ad malũ nature: ita ſe hꝫ malũ culpe ad bonũ nature: ſed ꝑ gratiã diminuit maluꝫ nature vt fomes q̃ eſt inclinatio ad culpã: ergo ꝑ culpam a foꝛtiozi diminuitur bonũ nature. Nec obſtat ſi dicaꝫ de faſcinatione q̃ interduꝫ ꝓcuratur ex inuultuatione ſeu inſpectione alicuius vetule malicioſe puerũ aſpicientis: vnde puer immutat ⁊ faſcinaturtqꝛ ſicut ſupꝛa tactũ eſt: hoc tantũmodo ꝓtingere põt circa pueros: ꝓpter teneram cõplexionẽ. Hic aũt loquimur de coꝛpoꝝ quozũcũqꝫ hoim: ⁊ iumentoꝝ: ac etiã elemẽtorum ad grãdines immutatiões. Si quis velit latius intellige re inſpiciet doctoꝛẽ ſanctum in q̃ſtionibꝰ de malo. Utrũ pctm̃ poſſit coꝛrũpere totũ bonum nature ⁊c. Ex parte veniqꝫ effectuum maleficialiũ declaraꝫ. Nam ex effectibus deuenitur in cognitionẽ cauſe. Uñ ſicut illi effectꝰ quo ad nos q̃ fiũt ꝓter ordinẽ nature create nobis note: ꝑ virtutẽ create nobis ignote: ꝫ nõ ſint ꝓpꝛie miracula: ſicut illa que fiũt ꝓter ordinẽ to

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tius nature create:qualia ſm ptātem operatur ille q̄ eſt ſupra oēm ordinē totiꝰ nature create:q̄ eſt deꝰ bñdictus ſm quā acceptationē dr. Tu es q̄ facis mirabilia magna ſolus:ita ⁊ maleficiales effectꝰ dicunt miraculoſi.īquātū fiunt ab aliqua cauſa nobis ignota:⁊ pꝛeter ordinem nature create nobis note. Ex quibus elicit̄ qꝺ virtꝰ corꝑalis hoīs ad hmōi opera cauſanda nō ſe extēdere pōt:q̄ ſemꝑ hoc habet vt cauſa cum ſuo effectu naturali nota ſit naturaliter abſqꝫ admiratiōe:⁊ qꝺ effectꝰ maleficiales pñt aliquo modo dici miracula inquātum noticiam humanā excedūt:patet ex ſeipſis cū naturaliter non fiunt:patet ⁊ ꝑ oēs doctores:pſertim Auguſtinū in libro.lxxxiiij.q.vbi dicit. Qꝺ magicis artibus fiūt miracula plerūqꝫ ſimilia illis miraculis q̄ fiūt ꝑ ſeruos dei. Et iterū in eodē dicit. Magi faciūt miracula ꝑ priuatos ꝓtractus boni xp̄iani ꝑ publicam iuſticiam:mali chriſtiani ꝑ ſigna publice iuſticie q̄ oīa ſic declarant̄. Naꝫ iuſticia diuina eſt in toto vniuerſo ſicut lex publica in ciuitate. Virtꝰ aūt creature cuiuſlibet in ſtuoſo ſe habet:vt virtus alicuiꝰ priuate pſone in ciuitate. Ideo boni xp̄iani inquātū ꝑ diuinā iuſticiā miracula faciūt dicunt̄ facere miracula per publicā iuſticiam. Magus aūt qr operatur ex pacto inito cū demone dicit̄ opari ꝑ priuatū ꝓtractū:qr operatur ꝑ demonem qui ſua naturali virtute pōt facere aliq̄d ꝓter ordinez nature create nobis note:per virtutem creature nobis ignote:⁊ erit miraculum quo ad nos ſed non ſimpliciter:qr non poteſt operari pꝛeter ordinem totiꝰ nature create:⁊ per oēs virtutes creaturarum nobis ignotarū. Sic em̄ ſolus deus dicitur facere miracula. Juxta illud. Tu es deus qui facis mirabilia magna ſolus. Mali autem chriſtiani faciunt per ſigna publice iuſticie.ſicut inuocando nomē xp̄i: vel exhibendo aliqua ſacramenta:ſi cui placet inſpiciat ſanctum Thomam in pꝛima parte.q.cxj.arti.quarto.poteſt etiam attendere ea q̄ in ſcḋa parte operis.ca.lexto deducentur inferius. Conſequēter qꝺ nec per voces ⁊ verba concurrente virtute ſtellarum.

Emū qꝺ non ex vocibus quorūcūqꝫ hoīm concurrēte:quacūqꝫ ꝓſtellatione ſuper quaſcunqꝫ imagines. Nam cū intellectꝰ hois huiꝰ diſpoſitiōis eſt: qꝺ eiꝰ cognitio ex rebus cauſatur:cū intelligentem

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

neceſſe ſit fantaſmata ſpeculari. Mō eſt eius cōditio: q̄ ex ſua conceptione ſeu intellectuali operatione intrinſeca: vbi illā ſolā per ꝟba exprimeret: res ab extra habeat cauſare: aut q̄ conceptio intellectus expreſſa per verba haberēt corpora immutare. Tales em̄ hoīes qui talem haberent virtutem non eſſent nobiſcum vnius ſpeciei: ſed equiuoce dicerētur homines. Preterea ſi dicatur: q̄ illa efficiunt' per verba concurrente virtute ſtellarum a natiuitate. Unde contigit q̄ pre ceteris hominib⁹ dum proferunt verba q̄ per illa aliquid efficiunt: cum tamen alij etiam proferentes eadem non poſſent aliquam tranſmutationem efficere. qr virtus ſtellarum a natiuitate eis non deſeruit. Patet ex precedentibus illa eſſe falſa ex reprobatiōe triuꝫ errorum planetariorum genethliacorum ⁊ fatalem ordinem ponentium. Preterea cum verba exprimunt mentis conceptū ⁊ corpora celeſtia non poſſunt imprimere intellectum nec etiā eorum motores: niſi per ſe abſq̄ motione corporum celeſtium intellectum vellēt illuminare: ⁊ hoc ſolummodo fieret ad opera bona. quia ad mala perpetranda non illuminatur intellectus: ſed obumbratur q̄ non eſt officium bonorum ſpirituum ſed malorum. Ideo patet q̄ ſi verba eorum aliquid efficiunt. hoc non eſt vigore alicuius corporis celeſtis: ſed aſſiſtentia alicuius virtutis intellectiue que etiam ⁊ ſi ſit bona ſm̄ naturaꝫ: non tamen poteſt eſſe bona ſm̄ voluntatem inquantum ſemper ad malum machinatur. ⁊ talis erit demon vt ſupra oſtenſum eſt. Et q̄ nec per imagines poſſint talia efficere quaſi corpora celeſtia ſuper ipſas aliquid influerent. quia huiuſmodi imagines quantuncunq̄ caracteribus ⁊ figuris ſunt inſignite ſunt effectus hominis operantis per artem. Celeſtia autez corpora effectus cauſant naturales cuiuſmodi non ſunt effectus maleficoꝝ qui dicuntur maleficales vtpote in malū creaturarū preter conſuetum ordinem nature proſilientes vnde nihil ad ꝓpoſitum. Preterea ſupra oſtenſum eſt etiam q̄ duplices ſunt imagines aſtrologice ⁊ magice que etiam ad bonum aliquod priuatum obtinendum ⁊ non ad corruptionem ordinantur. Maleficoꝝ aūt imagines ſunt oīno alterius: cum ſemper ad nocumētum creaturarū ⁊ ex demonū iuſſu ad aliquem locum

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

occulte reponunt: vt desup ambulãtes aut dormientes ledan/
tur vt ipse malefice fatẽtur. vñ ⁊ ab ipsis demonibus efficiunt
quicqd causant ⁊ nõ ex corpoꝝ celestiũ influẽtijs. Ad argumen
ta. Ad primũ dictum Augustini est intellectũ. qꝫ cã deprauatio
nis hois redit ad hois volũtatẽ sicut ad causam effectũ pficiẽ
tem: q̃ ꝓprie dr esse causa: nõ sic aũt est cã effectũ pmittentẽ vel
disponẽtem vel ꝯsilianté: aut ꝑcipientẽ q̃bꝰ modis scz ꝯciliati
ue: dispositiue: ⁊ ꝑceptiue diabolus dr causa pcti ⁊ deprauaꝫ
tiõis. Beꝰ aũt solũmodo pmissiue q̃ mala pmittit ꝓpter bona
Juxta augustinũ in ench. Diabolus aũt disponit interiꝰ sug/
gerẽdo pluadet interius ⁊ exteriꝰ acrius stimulãdo. Precipit
aũt his q̃ ei totaliter subdiderũt: vt sunt malefici: q̃bus nõ est
opus interiꝰ instigari: sz tm̃ exterius ⁊c. Et ꝓ hoc etiã ad ꝟm qꝫ
quilibet est cã sue malicie directe intelligẽdo: ⁊ ad probatiões
ptz eadẽ rõsio: qr licet repugnat libero arbitrio moueri ꝓ mo/
dum ꝑcipiẽtis: non aũt ꝓ modũ disponẽtis. Ad tertiũ. Dꝰ
ad virtutes aut ad vitia dispositiue possunt causari ab influẽ/
tijs corpoꝝ celestium ⁊ capit̃ motus pro quadã naturali incli/
natione ad ꝟtutes hũanas ⁊ vitia: opa aũt maleficoꝝ quia ex/
cedũt cõmunẽ ordinẽ nature: iõ illis influẽtijs subiacere non
põt. Ad quartũ idẽ ptz: qr sunt cause hũanoꝝ actuũ corpa cele
stia: sz illa opa nõ sunt humanitꝰ adinuẽti. Ad quintũ qꝫ moto
res orbiũ possint imprimere in aĩas si intelligat̃ immediate sic
imprimunt illuminandũ ad bonũ ⁊ non ad maleficia vt supra
tactũ est. Si aũt intelligat̃ mediãte. tũc iuxta influẽtiã corpoꝝ
celestiũ imprimũt indirecte ⁊ dispositiue. Ad sextuz: hoc qꝫ de/
mones ad certa augmẽta lune hoĩes vexãt ꝯtingit ꝓpter duo
Primo qdem ad hoc vt infamẽt creaturã dei. scz lunã. vt Hie/
ro. ⁊ Chrisosto. dicunt. Scõo qr nõ possint opari nisi mediãti/
bus naturalibus virtutibꝰ vt supra dictũ est. Jdeo cõsiderant
corpoꝝ aptitudines ad effectus inducẽdos. ⁊ qr cerebrum est
humidissimũ oĩm partiũ corporis: vt Aristo. dicit ⁊ naturales
oẽs Jdeo maxime subꝯcit̃ opationi lune: q̃ ex suaꝓprietate ha
bet mouere humores. Jn cerebro aũt perficiũtur vires aĩales:
⁊ ideo demones ꝟm certa augmẽta lune perturbãt hoĩs fanta
siã qñ considerãt cerebrũ ad hoc dispositum. Ad aliõ qꝫ demo
nes aduocati in certis cõstellatiõibus adueniũt, faciunt ꝓpter

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

solatione aduertenduz:q̄ immutatio sensibilis exterior z cor-
poralis que cōcomitat cogitationes hoīs q̄ est ita exilis z in-
determinata q̄ dyabolus per eam in certā cognitionem cogi-
tationis venire nō pōt:p̄sertim q̄ studijs aut bonis opibusva
cant interpellatim z tales tunc in somnis plus vexat: experien
tia hoc docet. Q̄ est ita fortis z determinata q̄ per illā pōt co
gnoscere cogitationē q̄tum ad spēm:vt q̄ cogitat de inuidia

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

vel de luxuria: ſz an per eã poſſit certitudinaliꝛ cognoſcere q̃ztũ ad oẽs circũſtantias vtvcz ſup talẽ vl talẽ ſub dubio dimittam ſicut ꝛ reperimus niſi qđ vex eſt q̃ tales circũſtantias ex actibus poſtmodũ cognoſcere põt. Ad quartuz: qꝛ lz illabi aĩe tm̃ cõueniat deo: tm̃ illabi coꝛpoꝛi ꝛ per ꝓñs potẽtiꝭ affixis coꝛpi modo ſupꝛatacto: hec põt cõuenire angelo ſiue bono ſiue malo. vnde amoꝛ ꝛ odium in tali hoĩe cauſari pñt. Ad illud q̃ virtus ſenſitiua ſit dignioꝛ q̃z nutritiua que tm̃ non põt immutari ab eo Dicendũ q̃ immo ſupvim nutritiuã etiã poſſet ita vt aliquid citius vel tardius dirigiť in os vel in carnẽ: ſz ad illđ nõ cooperať ſicut ad impediendũ vel agitandũ vires ſenſitiuas interioꝛes vel exterioꝛes: ꝛ hoc ꝑpter ſuũ lucrũ qđ ex ſenſuũ decepꝯione ꝛ intellectus illuſione plurimum pꝛocurat.

¶ Queſtio octaua an generatiuã potentiaz ſeu actum venereũ malefici impedire pñt qđ maleficium in bulla continetur.

SEcundo eadẽ veritas. ſ. q̃ adultere foꝛnicarie ꝛc. amplius exiſtunt malefici oñditur per impedimentũ maleficiale ſuper actum gñatiue potentie ꝛ vt veritas magis eluceſcat arguitur pꝛimo q̃ non ſit poſſibile: qꝛ ſi tale maleficium eſſet poſſibile poſſet etiam maritatis ꝓtingere qđ ſi cõceditur tunc cũ matrimonium ſit opus dei ꝛ maleficiuz opus dyaboli foꝛtius erit opus dyaboli ope dei. Si vero cõceditur q̃ tantummodo foꝛnicaꝛiꝭs ꝛ non maritatis: tunc redibit opinio quod maleficium nihil ſit in re: ſed tãtum in opinione hominũ: cuius oppoſitum in pꝛima qõne tactum eſt: aut dabitur ratio cur iſtis ꝛ non illis ꝓtingere pñt: ꝛcum nonvidetur ſubeſſe alia ratio: niſi quia opus dei matrimoniy exiſtit. Et illa ratio ſecundum theologos non concludit: vt patet in. iiij. diſt. xxxiiij. de impedimento maleficiali manet adhuc argumentuz quod opus dyaboli erit foꝛtius opere dei: ꝛ cum hoc ſit inconueniens aſſerere: ergo etiam inconueniens eſt aſſerere ꝑ maleficium poſſe impediri actum venereum. Item dyabolus non poteſt impedire actus aliarum virium naturalium: vt comedendi: ambulandi: erigendi: quod videtur eſſe verum ex eo quia interimere poſſent totum mundum. Preterea cum actus venereus equaliter ſe habet ad omnem mulierem ſi impeditur: impeditur etiam ad omnem mulierem: ſed hoc eſt falſum

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ergo ꝛ primū ꝙ falsum sit docet experientia cū tales qui dicūt se maleficiatos sunt potētes ad alias ꝛ non ad illas ꝙs cognoscere non pōt: qrvꝛ nonvult vñ nihil pōt in re. In ꝓrium ꝛ p veritate est. ca. Si per sortiarias. xxxiij. q. viij. Itez oim theologoꝝ ꝛ canonistaꝝ sñia vbi tractant de maleficiali impedimēto matrimonij. Itez rō alludit cum maior sit potestas demonis ꝗ hois ꝛ homo impedire pōt potentiā generatiuam: siue p herbas frigidissimas siue per alia impedimenta ꝛc. vt quisꝗ imaginari pōt: ergo ꝛ demon qui acutioris scientie existit hoc facere peramplius pōt. Rñsio ex duobus que supra tacta sunt: veritas satis patere pōt licet modus impediendi nō sit speculatiue declaratus Nam tactum est ꝙ maleficium non est solum in opinione hoīm: quasi nihil in re: immo effectus innumeri maleficiales accidere pñt: vere ꝛ realiter deo permittente. Ostensum est etiam ꝙ deus amplius permittit sup vim generatiuam ppter maiorez eius corruptionē ꝗ sup alios actus humanos Sed de modo quo tale impedimentum ꝓcuratur est aduertēdum: ꝙ non ꝓcurat solū circa vim gñatiuam: sed etiā circa vim imaginatiuam seu fantasiam: ꝛ sup hoc notat pe. de pallude in suo. iij. di. xxxiiij. quinqꝝ modos. Dicit em̄ ꝙ qr demon ex hoc qđ est spūs hz potestatē sup creaturā corporalem ad motū locale ꝓhibendum: vel faciendum. Ideo pōt corpora impedire: ne sibi appropinquāt directe vel indirecte: interponendo se qñqꝝ in corpore assumpto sicut accidit sponso qui despōsauerat idolum: ꝛ nihilominus ꝓtraxerat cuꝝ iuuencula: nec ppter hoc poterat eam cognoscere. Scđo modo hoiem inflāmare ad actū illū: vel etiā refrigerare ab actu illo adhibendo occultevirtutes rex quas optime nouit ad hocvalidas. Tertio modo turbādo estimationē ꝛ imaginationē: qua reddit mulierē exosaꝝ: qr pōt vt dictū est in imaginationē imprimere. Quarto reprimēdo directe rigorē mēbri fructificationi ꝓgruenti: sicut etiā motū localē reprimere pōt. Quinto ꝓhiberi missionē spūum ad membra in qbus est virtus motiua. quasi intercludēdo vias seminis ne ad vasis gñationis descēdat: vel ne ab eis recedat: vel ne excidat: vel emittatur: ꝛ multis alijs modis. Et subdit de hoc qđ supra tactum est ab alijs doctoribus ꝓcordando dicēs. Plus em̄ permittit deus sup hunc actū per quē primū peccatū diffun

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ditur: ꝯ sup alios actus humanos: sicut ⁊ sup serpentes: q̄ magis incantationibus deseruiunt ꝯ alia aīalia. ⁊ post pauca dicit. Idez etiam de muliere est: qz potest imaginationez eius sic dementare: vt exosum habeat virum ꝙ ꝓ toto mundo non ꝑmittit se cognosci. ℙ Post vult dare rōnem quare plus maleficiuntur viri circa talem actum: ꝯ mulieres. ⁊ dicit ꝙ qz tale impedimentū fit interdum per obstructionem vasis. vel etiam per motum localem reprimendo (rigorē membri: que potius ⁊ facilius in viris contingere pōt. ideo plures viri maleficant ꝯ mulieres. ℙ Posset etiam quis dicere ꝙ ideo qz plures mulieres. vl etiam in despectum hoc faciunt mulieres coniuncte: vt vtrobi ꝙ faciant occasionē adulterandi. dum vir alias cognoscere potest: ⁊ nō ꝑpriam ⁊ similiter vxor etiā alios habeat querere amatores. Addit etiam ꝙ deus ꝑmittit amplius seuire peccatores ꝯ in iustos. Unde angelus dixit thobie. In illos qui libidini vacant accipit demonum potestatē: ʒ etiā aliqñ in iustos: sicut in iob: sed non circa vim generatiuam ꝓpter que debēt facere ꝓfessiōes ⁊ alia bona ne ferro manēte in vulnere frustra sit medicinam apponere. Hec ℙ e. sed de amotione talis effectus patebit in tertia parte operis.

¶ Incidentaliter aliqua dubia declarantur.

Accidentaliter vero si querit. Quare actus ille aliqñ impeditur respectu vnius mulieris: ⁊ nō respectu alterius: ℝ ñsio ꝛm ℬonauenturā hec est: vel qz sortileg⁹ seu malefica ad hoc respectu ꝑsone determinate dyabolū immutauit. vel qz deus respectu ꝑsone cuiuslibet impedire nō permittit. Occultum em̄ dei iudicium hic latet. vt patet in vxore Thobie. Et addit. si querit quō dyabolus hoc facit? Dicendū ꝙ impedit gñatiuam: non impedimento extrinseco ledendo organū: sed extrinseco impediendo vsum. vñ qz est impedimentū artificiale nō naturale. iō pōt impedire ad vnā qō non ad alias: vel tollendo excitationē ꝯcupiscētie ad illam ⁊ nō aduersus aliam. ⁊ hoc per virtutē propriam vel herbam: vel lapidē: vel per aliquā naturam occultā. Et hec cōueniunt cū dictis ℙ e. de palu. ℙ reterea cū in potētia talis actus beneq̄ ex frigiditate nature seu naturali defectu cōtingit. Si querit quō pōt discerni ꝙ ex maleficio vel non male

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ficio ꝓtigerit? Rñdit Ho. in summa. lz hoc nō sit p̄dicandū pu blice qñ virga nullaten⁹ mouet. ꝛ nunq̄ potuit cognoscere. ꝛ h̄ est signū frigiditatis: sz qñ mouet ꝛ erigit. pficere aūt non pōt est signū maleficij. Notādū insup q̄ nō solū fit maleficiū ne qs actū illū exercere valeat: sz etiā aliqñ fit ne mulier ꝓcipiat vel vt abortsum faciat. Sz nota ꝑm canonū sanctiones. q̄ quicūq̄ p̄ ptervindicte libidinē explendā: vel ꝑpter odiū aliq̄d fecerit vi ro vl mulieri: ꝑpter qđ nō posset gñare vel ꝓcipere: reputat̄ ho micida. extra de homi. si aliqs. Et nota q̄ cōiter loquitur ca. de amatorib⁹ seculi. qui suis amasijs per pocula ne ꝓfusionem in currant talia p̄curant. vel etiam per certas herbas naturā ni miū infrigidātes absq̄ auxilio demonū. vñ penitētes sicut ho micide sunt puniendi. Maleficī aūt per maleficia talia p̄curā tes sunt ꝑm leges vltimo supplicio puniende. vt. s̄. in. j. q. tactū est. Et p̄ solutione argumentor̄ vbi difficultat̄ an matrimonia liter ꝓiunctis talia ꝓtingere possint. Est vlterius aduertendū q̄ lz ex his que tacta sunt nō pateat sup hoc veritas. tñ vere ꝛ rea liter illis in matrimonio: sicut ꝛ extra ꝓtingere p̄nt. Et prudēs lector qui copiam librorum hz inueniet: tā apud theologos q̄ ca nonistas: p̄cipue extra. ꝛ in materia de frigidis ꝛ maleficiatis. ꝛ in. iiij. di. xxxiij. mutuo ꝓcordantes: ꝛ duos errores reprobā tes. p̄sertim circa matrimonial̄ ꝓiunctos: qui sentire videban tur q̄ tale maleficium non posset ꝓtingere inter matrimonial̄ ꝓiūctos motis illis rōnibus q̄ dyabolus nō posset opa dei de struere. Et primus error qui ab eis reprobat̄ est ꝯ illos qui dice bant maleficiū nihil esse in mundo: sed tm̄ esse in opinione ho mīnum. qui ex ignorantia cārum occultarum: ꝛ quas etiaz nul lus hoīm scire pōt aliquos effectus naturales maleficijs impu tabāt: quasi illos efficerent non occulte cause: sed demones per se: vel maleficos: ꝛ hic error: lz ab oibus alijs doctorib⁹ sub sim plici falsitate reprobat̄. tñ a sancto Tho. acrius impugnatur. vbi ipsum tanq̄ heresim condemnat dicens. q̄ hic error ex ra dice infidelitatis procedit. ꝛ qr infidelitas in xp̄iano heresis di citur: ideo tales vt heretici merito suspecti sunt. De qua mate ria etiam in. f. q. tactū est. lz ibi non taliter sit declaratum. Naz si quis alia dicta doctoris sancti in alijs locis considerat. ratio nes inuenit, quare asserit talez errorē ex radice infidelitatis p̄

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

cedere. Naz in qõnibus de malo vbi tractat de demonibus: t
in.q.j.an demones habeãt corpora naturaliꝝ sibi vnita. Inter
alia que ibi recitantꝫ: mẽtio de illis qui singulos effectus ad vir
tutes celestium corpoꝝ. quibus t subesse dicebãt occultas cãs
effectum inferioꝝ dicens. Considerandũ est qꝫ peripatetici ari
stotelis sectatores non posuerũt demones esse: sed ea que attri
buunt demonibus dicebant prouenire ex virtute celestium cor
porũ t aliarum naturalium rerum. Unde Aug. dicit x. de ciui.
dei. porphirium visum fuisse. qꝫ herbis t lapidibus t animãti
bus: ac sonis certis t vocibus: ac figurationibus atqꝫ figmen
tis. quibusdam etiam obseruatis in celi cõuersione motibus si
derum fabricari in terra ab hominibus ptãtes syderũ idoneas
varijs effectibus exequendas. Ex quibus apparet error qꝫ oĩa
reducebãt in cãs occultas syderum: t demones tm̃modo fabri
carent ex opinione hoim. Sedqꝫ hec positio sit falsa: manifeste
ꝓbat sanctus Tho. ex hoc ibidem. qꝫ reperiunt aliqꝫ opera
tiones demonũ: que nullo modo pñt ex aliqua naturali cã ꝓce
dere: puta qꝫ aliquis obsessus a demone loquat linguã ignotã
t multa alia inueniuntur opera demonũ. tam in arrepticys qꝫ
nigromanticis artibus: que nullo modo pñt: nisi ex aliquo ĩtel
lectum ꝓcedere ad minus bona ꝑm naturam. lz mala ꝑm volũ
tatem. Et ideo coacti fuerũt ꝓpter incõuenientia tacta: alij phĩ
losophi ponere demones eẽ lz post in varios errores ĩciderũt:
alijs putantibus aĩas hoim a corporibus exeuntibꝰ demones
fieri. Unde t multi aruspices pueros occiderunt: vt aĩas eoꝝ
suos cooperatores haberent. t plures alij errores recitantur.
Unde ptz qꝫ non immerito doctor scũs dicit talem opinionem
ex radice infidelitatis ꝓcedere. Si cui plz legat Aug. in. vij. t
ix. de ciui. dei supervarios errores infidelium circa naturaz de
monum: quare etiam communis ratio omnium doctorum que
in prefata distinctione allegatur contra huiusmodi errantes.
scilicet qui maleficium aliquid esse negantes magne est effica
cie in sententia: licet breuis sit in verbis. vbi dicunt quod qui
maleficiuz nihil esse in mundo asserunt: contrariant omniũ do
ctorum sententijs: t sacre scripture declarantes demones esse:
t demones habere ptãtem supra corpora t supra imaginatio
nes hoim deo permittente. vnde t per eos maleficiꝝ ra ope

rari pñt circa creaturas. Uñ ⁊ merito ipsoꝝ demonū instīa: ⁊ ad quoꝝ instantiā demones interdū ad creaturaꝝ nocumenta operantᵉ malefici dicuntᵉ. Et quidē ꝙ per reprobationē huius primi erroris a doctoribus non fit mētio de matrimonialr cōiunctis: tñ per reprobationē scōi erroris hoc ptz. Dicunt eñ ꝙ alioꝝ error erat. ꝙ lz maleficiū esset ⁊ abūdaret in mūdo: etiā ꝑ carnalē copulā. tñ qr nullū tale maleficiū pōt censeri ppetuum ideo nunqᵭ dirimeret matrimoniū iam ꝓctum. Ecce ꝙ mentio fit de matrimonialr ꝓiunctis. Improbando aūt hunc errorem lz declarare hoc non deseruiat ad ppositum: tñ ppter eos qui copiā libroꝝ nō habēt. Notandū ꝙ improbāt per hoc ꝙ talia asserere dicūt esse ꝑ experimentū ⁊ ꝑ iura antiqua ⁊ noua. Uñ dant talē catholici doctores distinctionē: ꝙ impotentia ex maleficio ꝓcreata: aut est tpalis: aut ppetua. Si tpalis: tūc nō impedit. Tūc aūt ꝓsumitur esse tpalis qñ infra spaciū triū annoꝝ cohabitātes: ⁊ qᵭtum pñt operam dantes: siue per ecclesiastica sacramenta: siue per alia remedia sanari pñt. Si vero nō sanētur aliquo remedio: extūc presumiᵗ esse ppetua: ⁊ tunc aut precedit matrimonij cōtractionem ⁊ ꝓsummationē: ⁊ sic impedit matrimoniū ꝓhendum: ⁊ dirimit iam contractū aut sequiᵗ matrimonij ꝓtractionem: sed non ꝓsummationē. ⁊ sic etiā vt dicūt aliqui dirimit matrimoniū iam ꝓtractum. dī enī. xxxij. q. j. c. j. ꝙ ꝓiugium confirmaᵗ officio. s. carnis: vt dicit glo. aut sequiᵗ matrimoniū ꝓsummatum: ⁊ tunc vinculū matrimoniale nō dirimit. plura ibi notantᵉ. extra de frigid. ⁊c. per hosti. ⁊ gotfre. ⁊ docto. etiā theologos vbi. s. Ad argumēta. Ad primū. satis ptz ex his que dicta sunt. Nam primo ꝙ dei opa pñt destrui ꝙ opa dyaboli si maleficium posset inter ꝓiugatos ꝓtingere. nō valet instantia. immo oppositū ptz: cū nihil possit dyabolꝰ nisi deo permittente. Item qr nō perviolentiā destruit vt i tyrannus: sed ꝑ quandā artē extrinsecā. vt. s. patuit. Ad scōm. patuit s. quare potius deus permittit super hunc actum venereum qᵭ super alios actus. potest etiam super alios quando deus permittit. Unde non valet ꝙ perimat mundum. Ad tertium. similiter patet ex dictis.

¶ Questio. ix. An malefice ꝓstigiosa illusiōe operantᵉ circa mēbra virilia quasi illa oīno sint a corporibus evulsa.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Tertio eadē veritas declarat̄ p diabolicas opatiōnes circa mēbrum virile cuius rei veritas vt magis eluceſcat q̄rit̄. An malefice valeant mēbra virilia virtute demonū vere ⁊ realiter vel ſolūmō p̄ſtigioſa apparitiōe auferre: ⁊ arguit̄ q̄ vere ⁊ realr̄ p argumentū a fortiori. Maiora p̄nt demones vt hoīes occidere vel localiter trāſferre: vt ſupra patuit de Job. ⁊ thobie. vij. viris occiſis: ergo etiā p̄nt mēbra hoīs vere ⁊ realr̄ auferre. Preterea gloſa ſup illō ps. Immiſſiōes p angelos malos. Deus punit p malos angelos ſicut pp̄m iſraeliticū ſepe puniuit varijs lāguoribus vere ⁊ realiter corpib⁹ immiſſis: ergo ⁊ hmōi infirmitates circa mēbrū tale immittere pōt. Si dicat̄ q̄ pōt diuina p̄miſſiōe: tūc ſic in p̄cedētib⁹ dictū eſt q̄ deus ampli⁹ p̄mittit vim generatiuā maleficiari ꝓpter p̄mā corruptionē peccati: q̄ p actū generātē in nos deuenit: ergo etiā ampli⁹ p̄mittit ſuper mēbrū illi⁹ potentie generatiue vt ip̄m totaliter auferat. Preterea maior fuit ꝓuerſio vxoris loth in ſtatuā ſalis. Gen. xix. q̄ auferre mēbrū virile: ſz illa fuit vera ⁊ realis ⁊ nō apparēs cōuerſio: q⁹ adhuc viſibiliter vt ōr ſupeſt illa ſtatua. Et factū fuit p malū angelū vt coacti a bonis qui p̄ius cecitate eos p̄cuſſerāt vt oſtiū dom⁹ inuenire non poſſent. ſicut etiā alie punitiones ſodomitarū: q⁹ ⁊ gloſa ibidē aſſerit ip̄az etiā illo vitio infectā: ergo ⁊ iſta facere p̄nt. Preterea q̄cunq̄ pōt inducere formā naturalē pōt ⁊ illaz auferre. Sz demones formas naturales pluries induxerunt: vt p̄z de magis pharaonis: q̄ virtute demonū ranas ⁊ ſerpētes fecerūt. Item Augu. in li. lxxxiij. q. dicit q̄ oīa q̄ viſibiliter fiunt etiaz per inferiores p̄tātes aeris. Nec nō abſurdi fieri poſſe creduntur: ſz hoc p̄nt facere hoīes vt aliq̄ arte vel inciſiōe mēbrū auferat̄: ergo ⁊ demones iſta facere inuiſibiliter q̄ō alij viſibiliter p̄nt: ſed ꝓtra Augu. xviij. de ci. dei. Nō eſt credēdū etiā hoīs corp⁹ demonū arte vl̄ poteſtate in beſtiali liniamēta poſſe ꝓuerti: ergo etiā a ſimili non pōt auferre hoc q̄ō ad veritatē corpis humani deſeruit. Itē. iij. de tri. dicit. Nō eſt putādū iſtis trāſgreſſoribus angelis ad nutum ſeruire hāc viſibiliū rerū materiā ſz ſoli deo. Riſio. Nulli dubiū quin malefice q̄dā mira opant̄ circa mēbra virilia: vt ex viſis ⁊ auditis plurimoꝝ immo ⁊ ex ip̄a publica fama ꝓſtat de

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

hoc per ſenſum viſus aut tact⁹ viritas illi⁹ mẽbri cognoſcebatur.qđ qualiter fieri pōt. Dicendum ꝙ licet dupliciter fieri poſſit:ſcilicet vere ⁊ realiter vt argumenta prima tetigerunt ⁊ preſtigioſa operatione:ea tamen que a maleficis fiũt circa huiuſmodi non fiunt niſi preſtigiola illuſione:que tamen illuſio non habet locum in imaginatione patientis: quia imaginatio eius poteſt vere ⁊ realiter eſtimare aliquem rem non eſſe p̄ſentem:licet per nullam operationez ſenſus exteriozis ſcilicet viſum aut tactum percipit eſſe preſentem. Unde poteſt dici vera ablatio membri ex parte imaginationis patientis:licet nō ex parte rei ꝙ qualiter fit ſunt plura notãda. Primo duo modi quibus iſta fieri poſſunt. Nō mirum ꝙ diabolus ſenſus humanos exteriozes decipere pōt:q̄ interiozes de quibus ſupra tactũ eſt illudere pōt fozmas reſeruatas educẽdo ad principalia ſua ſenſitiua:decipit aũt eos in ſua naturali opatiõe vt qđ viſibile eſt fit illi inuiſibile:tãgibile:intãgibile:audibile inaudibile:⁊ ſic de alijs. Dec autez veritas illa nihil ponit ex parte rei ꝙ oĩa fiunt ex immutatione oꝛganoꝝ deſtruentium ad viſum auditũ ⁊c. vt ſunt oculi ⁊ man⁹ q̄bus immutatis iam fallitur ſenſus iudicium. Poſſumus iſta ex naturalib⁹ quibuſdam demonſtrare:nã ſicut vinum dulce ꝓpter infectionẽ lingue in febzicitãte videtur amarum:vñ guſtus decipitur nō ex parte rei ſed ex parte humoꝛuz. Ita ⁊ ibi nulla deceptio ex parte rei quin ibi ſit virga adherens:ſed deceptio ex parte oꝛgani ſenſus. Iterum ſicut ſupza dictum eſt de vi generatiua illam impediendo per impoſitionez alicuius alterius coꝛpoꝛis eiuſdem coloꝛis ⁊ apparentie:ita ⁊ aliquod coꝛpus planum figuratuz coloze carneo interponere poſſunt inter vſum aut tactum oculoꝛum ⁊ manuum:⁊ inter ipſum verum coꝛpus patientis ita ꝙ ſuo iudicio nihil valeat videre ⁊ ſentire niſi coꝛpus planuz ⁊ nullo membzo interruptum. Uideãtur dicta ſancti Thome in.ij.di.viij.arti.v.de preſtigioſis illuſionibus:⁊ ſimiliter ſecunda ſecunde.q.xcj.⁊ in queſtionibus de malo:frequenter allegans illud Auguſt.in lib.lxxxiij.q.ſerpit hoc malum demonis per omnes additus ſenſuales dat ſe figuris:accommodat ſe coloꝛibus.adheret ſonis:odoꝛibus ſe ſubijcit:infundit ſe ſapoꝛibus. Preterea alludit ratio:ꝙ non ſolũ per interpoſitio-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

nem alicuius corporis plani non membrato talis illusio pre-
stigiosa in vidente ⁊ tangēte fiat: īmo ⁊ p modū quo certi spūs
seu species reseruati educunt ad sua principia sensitiua interio
ra. s. ad imaginationē ⁊ fantasiaz. vñ ꝯtingit aliquid imagina
ri: ac si primo eliciat ex sensu interiori. Nam vt in precedenti
questione tactū est. Demones virtute ppria possunt localiter
corpa mutare: ex trāsmutatiōe aūt spirituum ⁊ humorū: etiaz
ꝑm nature opationē cōtingūt. aliqua ꝑm imaginationem vel
sensum videri naturaliter dico: quia ⁊ pūs in de som. ⁊ vigil.
assignans causam apparitiōis somniox dicit. q cum aīal dor
mierit descendente plurimo sanguine ad principiū sensitiuum
simul descēdunt motꝰ siue impressiōes relicte ex sensibiliū mo
tionibus: q̄ in spiritibus sensibilibus cōseruant. Termini fue
runt superius declarati: ita q tūc aliqua appareant: ac si tunc
primo a rebꝰ exteriorib⁹ sensus immutarent. Et qz hoc natu
ra facere pōt a fortiori diabolus formas seu species corporis
plani ⁊ non mēbro virili organisato educere pōt ad vim fan-
tasticam ⁊ imaginatiuā: vt inde sensus iudicent: ac si in rerum
veritate ita esset. Per hūcetiā modū vt patebit inferius homi
nes videntur aīalia: cum tñ non sint in rerū veritate.

Ecūdo notādi sunt alij modi faciliores ad intelli-
gendum ⁊ predicandum. Nam qz prestigiuz nihil
aliud est ꝑm Isido. viij. etymol. ca. ix. q̄ꝫ sensuum q̄
dam delusio: ⁊ p̄sertim oculorum. Unde ⁊ dr a pre
stringo: qz aciem oculorum prestringit: ita vt res vi
deantur aliter esse q̄ꝫ sint. Et vt alexāder de ales dicit parte. ij.
Prestigium proprie sumptum est illusio demonis: que nō ha-
bet causam ex parte mutationis rei: sed solūmodo ex parte co
gnoscētis q̄ deluditur: siue quantum ad interiores sensus: siue
quantum ad exteriores. Unde in genere: loquendo etiam de
humana p̄stigiosa arte dicam⁹. Tribus modis pōt fieri. Una
absq̄ demonibus: ⁊ illa potius dr delusio: quia artificialiter
fit agitatiōe hoim ostendētium vel occultātiuz aliquas res. si-
cut fit in traiectionib⁹ p ioculatores vel per mimos. Ali⁹ mo-
dus fit etiam sine virtute demonum: vtpote naturaliter virtu-
te corporum naturalium: vel etiam mineralium. q̄ qui habent
pñt ꝑm quādā ꝛtutē hmōi reb⁹ inditā rē ostendere vel facere

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

apparere nō ſicut eſt. Uñ Tho. pria parte. q. cxiiij. ar. iiij. ⁊ ſm alios plures q̄dā herba ſuccēſa ſeu accenſa fumigās facit tra/bes apparere ſerpētes. Tertiꝰ modus deluſiōis eſt q̄ fit p de/mones: deo tñ pmittēte. Habēt em̄ demones ex natura: vt pa tuit quādā ptātē ſup quaſdā res inferiores: quas pñt exercere circa illas qñ deꝰ finit: vt tūc etiam res appareāt aliter q̄ſ ſint. Pro quo notādū tertio q̄ demon pōt quinq; modis illudere aliquē q̄ iudicat rē aliter q̄ſ eſt. Primo artificiali traiectione: vt dictū eſt: q; quicquid hō ſcit: p artē melius ipſe ſcire poteſt. Scdo modo: naturali applicatiōe alicuiꝰ rei: put dictū eſt per interpoſitionē alicuiꝰ corporis vt alterū occultet: vel etiam ex fantaſiꝫs hoīm illas pturbando. Tertio modo: vt qñ in aſſum pto corpore oſtēdit ſe eſſe aliquā rem q̄ nō eſt. ſicut Bregorius in primo dialogoruꝫ narrat de moniali: q̄ comedit lactucā: q̄ tñ vt ipſe demon faſſus fuerat: lactuca nō: ſed demon in lactu ce ſpecie: aut in ipſa lactuca erat. vel etiaꝫ contigit Antonio in maſſa auri: quā in deſerto repperit. vel etiaꝫ qñ hoīem verum tegit ⁊ facit vt brutuꝫ aial videatur: prout iam dicet. Quarto modo: vt qñ turbat organum viſus: vt videat̄ res nubiloſa q̄ eſt clara: vel econuerſo: vt vetula appareat iuuencula. Nam ⁊ poſt fletū apparet aliter lumen q̄ſ ante. Quinto mō vt in ima/ginatiuā potentiā operādo ⁊ trāſmutationē ſpecierum ſenſi/biliū p cōmotionē humoꝝ: vt ſupra tactum eſt faciēdo. vt tunc quaſi recentes ⁊ noue apparitiones in ipſis potentiꝫs ſenſiti/uis cauſent̄. Et ſic tribꝰ vltimis modis demon illudere poteſt preſtigioſa arte ſenſus hoīs. ⁊ etiā ſcdo modo. Uñ nulla diffi/cultas quin membrū virile occultare p̄ſtigioſa arte velit. Eui/dens iudiciū ſiue experimētum q̄ nobis in officio inquiſitio/nis exiſtētibꝰ reuelatum fuit infra ponet̄: vbi de his ⁊ aliꝫs fa/ctis plura recitantur in ſecunda parte tractatus.

¶ Quomodo maleficiū a defectu naturali pōt diſcerni.

Accidentalis q̄ſtio cū certis aliꝫs difficultatibus. q̄ ſequitur. Petro ablatū eſt membrum. ignorat autē an p maleficium ſeu alꝫs diuina permiſſiōe p demo/nis potentiam ſit ablatum? ſunt ne modi cognoſcē di ⁊ diſcernendi inter iſta? Rñderi pōt q̄ ſic. Prīo q̄ tales quibus accidunt vt plurimū ſunt adulteri: ſeu alꝫs for/

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

nicarñ. Uñ dum amaſñs non ad nutum ſeruiunt: ſeu eas relin quere volunt alīs adherendo: tunc in vindictam talia procu rāt: aut aſs potentiam illius mēbri amputant. Scōo cogno ſcitur per hoc q̄ non eſt durabile. Nam ſi non ſit ex maleficio tūc non eſt durabile ſed qñq̄ redibit. Sed hic iterum ſuborit dubitatio. an hoc ſit ex natura maleficiī q̄ nō ſit durabile. Re ſpondetur q̄ poteſt eſſe perpetuū ⁊ durare vſq̄ ad mortem: ſi cut etiam de impedimento maleficiali in matrimonio. Judi cant canoniſte ⁊ theologi q̄ reperitur tpale perpetuū. Nā di cit Goffre. in ſumma Maleficiū non pōt ſolui ſemp per illum q̄ fecit: vel q⁹ eſt mortuus: vel q⁹ neſcit delere ip̄m: vel q⁹ male ficium eſt perditū. Uñ a ſimili dicere poſſum⁹ q̄ maleficiū pe tro illatum erit perpetuum: vel q⁹ illa malefica q̄ fecit non po teſt eū ſanare. Sunt em̄ malefice in triplici genere. Nā quedā ſanant ⁊ ledunt: q̄dam ledunt ſz ſanari nequeunt. Quedā tā tūmodo ſanare videntur: id eſt leſiones amouere vt inferius pa tebit. Sic enim nobis contigit. Nā due malefice mutuo rixā tes dum vna alteri improperaret: vna dixit. Non ſum tā peſſi ma ſicut tu: q⁹ quos ledo ſanare ſcio. Uel etiā durabit vbi an te eius ſanationem malefica diſcederet vel locum mutādo: vel ab hac vita diſcedendo. Nam ⁊ ſanctus Tho. dicit Maleſi ciū quodlibet ita pōt eſſe perpetuū q̄ nō pōt habere humanū remediū: q⁹ ⁊ ſi habet remediū nō eſt tñ hoc homini notuz vel licitum: licet deus poſſit preſtare remedium per ſanctuz ange lum demonem: licet non maleficā cogēdo. Uerūtamē ſummuz remedium ꝯtra maleficium eſt penitentie ſacramētū: extra de frigid. Nā ⁊ infirmitas corpalis ſepe puenit ex pctō: extra de pen̄i. cum infirmitas qualiter etiam maleficia ſint auferenda: patebit in tertia parte tractatus. ⁊ in ſecunda parte, capitulo. vj. tres alie differentie tanguntur.

¶ Solutiones argumentorum.

Datet ad primum q̄ nulli dubium quin ſicut deo pmittēte occidere poſſunt hoīes: ita vt mēbruz illud ſeu alia auferre p̄ūt vere ⁊ realiter. Sz tūc demones nō operant̄ per maleficas: de quibus iā mentio habet̄. Et per hec etiā ad ſecūdum pa tet ſolutio. Sed ad illud q̄ q⁹ deus amplio⁹ per

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

mittit vim generatiuā maleficiare ꝓpter ꝛc.ergo etiā ꝑmitti tur vt illō mēbrū vere ꝛ realiter auferat. Non valet vt ſemper hoc fiat. Qr non eſſet ꝑ modū maleficij hoc fieri:nec etiā male fice hoc affectāt dum talia opant:ꝙ nō habeāt poteſtatē reſti tuēdi mēbrū qñ volūt ꝛ ſciūt. Ex quo ptz ꝙ nō vere ſz ꝑſtigioſa arte auferūt. Ad tertiū de ꝙueſtione vxoris loth dicim⁹ vera fuit ꝛ nō ꝑſtigioſa arte:nūc aūt loq̄mur de arte ꝑſtigioſa. Ad quartū ꝙ demones ꝓnt inducere aliquas formas ſubſtātiales ergo etiā auferre. Dicit quātum ad magos pharaonis ꝙ fece rūt veros ſerpētes ꝛ ꝓnt demones circa aliq̄s impfectas creaturas adminiculo alicui⁹ alteri⁹ agētis aliquos effect⁹ ꝑducere q̄ nō ꝓnt circa hoīes:de q̄bus deo magis eſt cura. Juxta illud. Nunq̄d deo cura eſt de bobus. Pñt tñ ſemꝑ vt dictuz eſt deo ꝑmittēte hoīb⁹ etiā nocere vere ꝛ realiter aut etiā ꝑſtigioſa arte:ꝛ ꝑ hec etiā ptz ſolutio ad vltimum argumentum.

¶ Queſtio decima An malefice opant circa hoīes in beſtiales formas preſtigioſa arte illos tranſmutando.

Quarto ipſa veritas declarat:vbi etiā hoīes trāſformāt in beſtias qđ ꝗliter fiat arguit ꝙ non ſit poſſibile hoc fieri. xxvj. q. v. Epi ex ꝯſilio acquirenſi. Quiſq̄s credit poſſe fieri aliquā creaturaz aut melius aut deteri⁹ immutari aut trāſformari in aliā ſpeciem vel aliā in ſilitudinem:niſi ab ipſo creatore q̄ oīa fecit ꝛ ꝑ quē oīa facta ſunt:ꝑculdubio infidelis eſt ꝛ pagano deterior:ꝛ vtamur argumētis ſancti Tho. in. ij. ſentē. di. viij. An demones poſſunt ipꝛimere in ſenſus corꝑales preſtigijs deludendo. Ubi primo arguit ꝙ non. Naz illa forma beſtie q̄ videtur oportet ꝙ ſit alicubi ſz non pōt eſſe tm̄ in ſenſu: qr ſenſus nō hz aliquā ſpeciem niſi a reb⁹ acceptā:ꝛ ibi nō eſt vera beſtia ꝑ authoritatē can̄. allegatā nec iterum pōt eſſe ī re q̄ videt: ſicut ꝙ mulier videat beſtia qr due forme ſubſtātiales non ꝓnt eſſe in eodē ſimul ꝛ ſemel:ergo cuz illa forma beſtie q̄ videt nullibi poſſit eſſe:ideo nulla preſtigioſa illuſio in oculo videntis fieri pōt:cū viſio ꝑ aliquaz formā neceſſario habeat terminari. Preterea ſi dicat ꝙ forma illa ſit in aere circūſtante hoc nō pōt eſſe:tū qr aer nō eſt ſuſceptiuus alicuius forme ſeu figure;tum etiā qr nō ſemꝑ vnus ꝛ idē aer circa illā ꝑſonam ꝓ

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

pter fluxibilitatem manere potest:precipue qñ mouetur:tum etiam quia sic videretur ab omnibus talis transformatio qđ tñ non fit:qr demones nō videntur ad minus sanctoꝝ virorũ visiones decipere. ¶Preterea sensus visiuus seu potentia visiua est potentia passiua.sz omne passiuum mouetur ab actiuo sibi proportionato:actiuum autem proportionatum sensui est duplex. Unum quasi originans actum.s.obiectum. Aliud autem quasi deferẽs sicut medium:sz forma illa que videtur non põt esse obiectũ sensus:neqz etiam mediũ quasi deferens. Be primo.s.q̃ non põt esse obiectum:qr a nulla re sumi põt.vt in p̃cedenti argumẽto tactũ est cum nō fit in sensu a re accepta nec in ipsa re nec etiã in ipso aere quasi in medio differentevt prius tactum est in tertio argumento. ¶Preterea si demõ mouet vim cognitiuam interiorem aut hocfacit se obiciendo virtuti cognitiue:aut hoc facit immutando ipam.non autẽ hoc facit se obiciendo:qr oporteret q̃ vel assumeret corpus:ꝛ sic nõ posset interius ingredi ad organum imaginationis:cuz duo corpora nō sint simul in eodẽ loco neqz in assumendo fantasma. quod etiã esse non põt:qr fantasma non est sine quãtitate. Similiter etiam non põt hoc facere immutando quia aut immutaret alterando:quod videtur non posse facere:quia omnis alteratio fit per qualitates actiuas quibus demones carent:aut immutaret transmutando siue localiter mouendo:qđ videtur esse incõueniens duabus rõnibꝰ. ¶Primo qdem qr transmutatio organi nō posset fieri sine sensu doloris. Scõo qr ꝑm hoc demon nō ostẽderet hmõi nisi nota.cũ tñ Augu.dicit:q̃ ostẽdit hmõi formas ꝛ notas ꝛ ignotas:ergo videt q̃ demones nullomõ possunt imaginationẽ vel sensuz hois decipere. Sz contra Augu.xviij.de ci. dei dicit q̃ transmutatiões hoim in aialia bruta q̃ dicuntur arte demonũ facte non fuerũt ꝑm veritatem:sed solũ ꝑm apparẽtiam. Hoc aũt fieri non posset si demones humanos sensus trãsmutare non possent. ¶Preterea alludit ꝛ authoritas Aug.in li.lxxiij.q.q̃ etiam prius allegata fuit:serpit hoc malum demonis ꝙ omnes addit sensuales ꝛc. Responsio si lector voluerit sup modum trãsmutandi inspicere inueniet in.ij.parte operis.c.vj.varios modos. Ad presens tãtũmodo scholatice ꝓcedendo:dicamꝰ triũ doctoꝝ sentẽtias

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

concordãtes in eo q̃ diabolus põt fantasiaz hoīs decipere vt hõ verus aial videat: inter quas etiã vltima subtilior ceteris q̃ sancti Tho. est. ꝛ prima est dñi Antonini. j. parte summe ti. v. c. §. v. declarãtis q̃ diabol⁹ fantasiã hominis ad decipiẽdũ qñq̃ opatur. ꝛ p̃cipue circa illusionẽ sensuũ: ꝛ declarat natura li rõne canonis authoritate ꝛ expimẽtoꝝ multiplicitate. Primũ sic. Corpa naturaliter subdunt ꝛ obediunt nature angelice ꝓtum ad motũ localem. Angeli autem mali etiã si amiserũt gratiã nõ tñ virtutem naturalẽ: vt sepius supra tactum est. Cũ autẽ potentia fantastica siue imaginatiua sit corporalis id est affixa organo corporeo naturaliter subditur etiam malis: vt possint eam transmutare causando varias fantasias ex descensione humorum ꝛ spirituum ad principium sensitiuum procurata ab eis: hec ille: ꝛ subdit. Patet ꝛ ex hõ canone. xxvj. q. v. epi. Illud non est omittendum q̃ quedam scelerate mulieres post sathan retro conuerse demonum illusionibus ꝛ fantasmatibus seducte credunt se ꝛ profitentur cuz diana horis nocturnis dea paganorum: vel cum herodiade ꝛ cum innumera mulierum multitudine equitare super quasdam bestias et multa terrarum spacia intempeste noctis silentio pertransire ꝛ infra. Quapropter sacerdos predicare debet populo dei: vt nouerint omnino falsa esse ꝛ non a diuino sed a maligno spiritu talia fantasmata mẽtibus fidelium interrogari. siquidem ipse sathanas trãsformat se in diuersarum personarum species atq̃ similitudines: ꝛ mẽtem quam captiuã tenet in somnis deludẽdo per deuia queq̃ deducit. Et quidem intellectus huius canonis in prima questione tactus est quo ad quatuor q̃ predicãda sunt. Sed q̃ non valeãt etiam vbi vbi hoc affectant ꝛ nõ impediuntur diuina virtute. sic non esset verus intellectus qz sepissime homines inuiti ꝛ non malefici per multa terrarũ spacia corporaliter transferantur. Sed quia vtroq̃ modo potest fieri sequitur in prefata summa. ꝛ in. c. nec mirum ea. q. Augu. narrat q̃ in libris gentilium legitur de quadam maga dicta circes: que socios vlyxis mutauerat in bestias q̃ magicis prestigijs potius fingebatur: q̃ in rerum veritate compleret alterando fantasias hoīm. patet hoc etiam per plura exẽpla. Legitur enim in vitaspatrum q̃ quedam iuuẽcula quia assentire

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

noluit cuidaz iuueni de turpitudine eã sollicitanti: ipe iuuenis turbatus ex hoc a quodam iudeo procurauit maleficium fieri ꝑ illam: quo peracto mulier conuersa est in equam: que quidem non fuit ꝑm reiveritatẽ: sed ꝑm ludificationẽ demonis immutãtis fantasiã ꝛ sensum ipsius mulieris ꝛ aspicientiũ eã vt videret equa que erat vera mulier. vnde ducta ad beatũ Zacchariũ nõ potuit dyabolus ita opari ꝙ illuderet sensus eius sicut aliozũ ꝓpter suã sanctitatem: nam sibi videbat mulier vera non equa cuius tandem oratione liberata est ab illa illusione: dicens hoc sibi accidisse: qz non vacabat diuinis: nec frequẽtabat sacra vt dicebat. ió dyabolus ptãtem habuerat sup eã: ꝛ si alꝫ esset honesta. Põt igit dyabolus p cõmotionẽ interioꝝ spũum ꝛ humoꝝ opari ad immutandũ actũ ꝛ potẽtiam nutritiue: sensitiue: ꝛ appetitiue. ꝛ cuiuscũqz potentie corpalis: organo vtentis ꝑm beatũ Tho. j. ꝑte. q. xcj. Sicut credi põt fuisse gestum super symonẽ magũ in incantationibus suis: que de eo narrant. Sz nihil hoꝝ põt dyabolus facere nisi deo permittente. qui cum angelis suis bonis frequenter reprimit malitiam eius decipere nos ꝛ nocere querentis. vñ dicit Aug. loquẽs de maleficis. Hi sunt qui ꝓmissu dei elementa ꝯcutiunt: hoim mentes ꝑturbant minus ꝯfidentiũ in deo. xxvj. q. v. nec mirũ. Hoꝝ etiã opatione ꝑ maleficam artẽ fit qñqz: vt vir non possit videre vxorem ꝛ econuerso. ꝛ hoc per immutationẽ fantasie: repñtando ei talẽ: vt rẽ odibilẽ ꝛ horribilẽ. Ipse etiã dyabolus vigilantibꝫ ꝛ dormiẽtibus suggerit repzesentationes turpium fantasie ad decipiendũ ꝛ inducendum ad malũ. Uerũ. qz peccatũ non ꝯsistit in imaginatione: sed in volũtate. ideo ex hmõi fantasijs per dyabolũ suggestis ꝛ alterationibus varijs homo nõ peccat: nisi volũtate ꝓpria peccato assentiat. Scda snia: ad idẽ modernoꝝ doctoꝝ declarantes. primo q̃d sit ꝑstigium: ꝛ quot modis demon põt hmõi illusiones causare? Hic nota ꝙ Antonius allegat ea que in ꝑce. q. ix. tacta sunt. vnde non est opus illa renouare. Tertia sententia est sancti Tho. ꝛ est responsum sup argumentum quo queritꝫ. vbi sit illa forma bestie que videt? Aut in sensu: aut in re aut in aere circunstante. ꝛ est talis. ꝙ illa forma bestie que videtur non est nisi in sensu primo interiori: ꝛ per fortem imaginationẽ resultat in sensum exteriorez quodãmodo. ꝛꝙ ibi sit põt

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

per demonis opationem ꝓtingere dupl'r. Uno mō: vt ſpēs aīa
lium dicamus que ſunt in theſauro imaginationis reſeruate
fluant opatione demonum ad orgāna ſenſuum interiorꝝ. ſic ēt
in ſomno ꝓtingit: put ſupra declaratū eſt ⁊ ideo qñ ille ſpēs cō
tingunt orgāna ſenſus exterioris: puta viſus videnť: acſi eſſent
res p̄ſentes extra ⁊ actu ſentirenť. Alius modus pōt eſſe ex im
mutatione orgānoꝝ interioꝝ: quibus mutatis fallit̄ ſenſus iu
dicium: ſicut patet in eo qui hz̄ guſtum corruptum: cui oīa dul
cia videnť amara. ⁊ parum differt a primo. Hoc aūt facere p̄ñt
etiam hoīes virtute quarūdam reꝝ naturaliū: ſicut ad vapora
tionē cuiuſdā fumi trabes domus videnť ſerpētes: ⁊ multa ex
perimenta huius inueniuntur: vt ſupra tactum eſt.

¶ Solutiones argumentorum.

AD argumenta. ptz̄ ad primū q̄ textus ille ſepe alle
gatur: ⁊ male intelligit̄. Nam quo ad hoc q̄ loqui
tur de tranſformatione in aliam ſpēm vel ſimilitu
dinē: declaratum eſt qualiter hoc fieri pōt p̄ſtigio
ſa arte. Sed quo ad hoc qō dicit q̄ non poſſit fie
ri aliqua creatura virtute demonis, ſi capit̄ fieri ꝑ creari. mani
feſtum eſt q̄ non. ſi vero capit̄ fieri ꝑ naturali ꝓductione: ſic cer
tum eſt q̄ non p̄ñt facere aliquas creaturas imperfectas: quod
qualr̄ ſit declarat ſanctus Tho. vbi ſupra. Nā dicit q̄ oēs trāſ
mutationes corporaliuz reꝝ que p̄ñt fieri per aliquas virtutes
naturales ad quas ptinent ſemina que in elementis huius mū
di inueniuntur: puta in terra: vel aquis: ſicut relinquunt ſua ſe
mina ſerpentes ⁊ rane: ⁊ his filia p̄ñt fieri per opationes demo
nū hmōi ſeminib⁹ adhibitis: ſicut cū aliqua res tranſmutat̄ in
ſerpentes vel ranas que per putrefactionem generari p̄ñt. Ille
vero tranſmutationes corporalium reꝝ: que nō p̄ñt virtute na
ture fieri nullo modo opatione demonum ſm rei veritatē pfici
p̄ñt: ſicut q̄ corpus humanū mutet̄ in corpus beſtie: aut q̄ cor
pus mortui reuiuiſcat: quod ſi fieri videatur: apparentia eſt p̄
ſtigioſa: aut dyabolus in aſſumpto corpore ſe agitat cora hō
minibus: fortificanť iſta. Nam albertus in li. de aīalibus vbi
querit. An demones ſeu etiam dicamus malefici poſſint facere
vere animalia? Rñde q̄ ſic: deo pmittente. ⁊ hoc quo ad imper
fecta aīalia: ſed non p̄ñt in inſtāti: ſicut de⁹ facere: ſz motu quo

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

dam:lz subito:sicut ptz de maleficis.Exo.vij.super ista.Uocauit pharao sapientes:dicit.Demones discurrunt per mundū: ⁊ colligunt diuersa semina:⁊ eoꝝ adaptione possunt ꝓrumpere diuerse species.Et glosa ibidem sic dicit. Dum per incantationem demonum malefici aliquid efficere conant discurrunt per mundum:⁊ semina subito eoꝝ de quibus hoc agitant afferunt:⁊ sic ex illis permittente deo nouas spēs ꝓducunt. Dec etiam superius tacta sunt.Ar vbi si difficultas suboziretur.An talia facta demonum essent opera miraculosa dicenda? Rñsio patuit ex p̄cedentibus:q̄ etiam demones aliqua vera miracula facere p̄nt:ad que virtus nature pticularis se extendere potest Et lz talia sint vera non tñ ad veri cognitionem ab eo fiūt:ꝑm quē sensum opa antixp̄i p̄nt dici signa mēdacia:qz ad seductionem hoim fiunt. Ptz ⁊ solutio ad alium argumentum de subiecto forme dicamus Bestie forma que videt nō est in aere nec in ipsa re vt patuit sed in ipso sensu:put ex sententia sancti tho. vt superius declaratum est.Ad illud q̄ omne passiuum mouet ab actiuo sibi proportionato conceditur.Et qñ subinfertur q̄ forma illa que videtur non potest esse obiectuz oziginans actū seu eliciens eo q̄ a nulla resumatur.Dicitur q̄ immo a re: qz a specie sensibili in imaginatione reseruata ꝗ educere pōt ⁊ imaginationi seu etiam sensitiue potentie offerre potest vt dictum est supza Advltimum dicendum q̄ demon non immutat potētiam sensitiuam ⁊ imaginatiuā se ei obyciendo vt ostensum est sed eum transmutando.non q̄dem alterando nisi ꝗtum ad motum localem qz non pōt de se imprimere nouas speciesvt dictū est:immutat autem transmutando id est localiter mouendo. et hoc iterum facit non substantiam organi diuidendo.vt sic consequatur sensus doloris.sed mouendo spiritus ⁊ humores.q̄ autem vlterius obȷ̄citur.q̄ sequeretur q̄ ꝑm hoc demon non possit aliquid noui homini demonstrare ꝑm imaginatiuam visionem . Dicendū est q̄ nouum aliq̄d pōt intelligi dupl̄r.Uno modo totaliter nouum.⁊ ꝑm se⁊ ꝑm sua principia.⁊ꝑm hoc demon non potest aliq̄d nouum hōi ꝑm visionem imaginariam demonstrare.non em̄ pōt facere q̄ secus natus imaginetur colores.vel q̄ surdus natus imaginetur sonos.Alio modo dī aliquid nouum ꝑm speciem totius,puta si dicamus esse nouum

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

in imaginatiõe ꝙ aliqs imaginet mõtes aureos quos nũqꝫ vidit qr tñ vidit ⁊ aurũ ⁊ montem põt naturali motu imaginari fantasmata aurei mõtis ⁊ hoc modo põt demõ aliqd noui imaginationi offerri.

¶ Quid de lupis interdũ hoies ⁊ pueros ex cunabulis rapiẽtes ⁊ comedẽtes sentiẽdũ sit an ẽt pstigiosa arte p maleficas.

Tacidẽtalis qõ de lupis interdũ hoies ⁊ pueros e domibus rapiẽtes ⁊ comedẽtes: ⁊ cũ magna astutia discurrẽtes: ita vt neqꝫ aliqua arte aut potẽtia ledi aut capi valeãt. Dicendũ est ꝙ hoc interdũ hz naturalẽ cãm: interdũ ↄ̃ o pstigiosam artẽ dũ p maleficas ↄtingũt. De primo Albertus in de aialibꝰ dicit: ꝙ ex qn qꝫ causis ꝓuenire põt. Aliqñ ꝓpter famis augmentũ: sicut ⁊ cervi. aliqñ ⁊ alie bestie hoibꝰ appropinquãt. Aliqñ ꝓpter ferocitatẽ viriũ: ⁊ hoc in regionibꝰ frigidis: ⁊ etiaz qñ hñt catulos. Sz qr de his nihil ad ppositũ dicimus: ꝙ demonũ illusiõe fiũt qñ deus ꝓpter pctã punit aliquẽ ppm. Juxta illud Leui. xvj. Si nõ feceritis mãdata mea: mittã in vos bestias agri: q cõsumentvos ⁊ pecora vra. ⁊ Deutero. xxxij. Dentes bestiaꝝ immittã in eos cũ furore ⁊c. Per quẽ aũt modũ. An sint veri lupi vel demones in formis sic apparẽtibꝰ dr ꝙ sunt veri lupi: sz obsidẽtur a demonibꝰ: vel agitant duplici mõ. Uno mõ absqꝫ malefico ꝓpatione: sicut quadraginta duobꝰ pueris ↄtigit a duobꝰ vrsis de silua exeũtibus quos iugulauerũt ꝓpter irrisionẽ factã heliseo ꝓphete dicẽdo: ascende calue ⁊c. Et de leone q ꝓphetã dei iussum nõ iplentẽ occidit. iij. Re. xiij. Et historia de epo vienẽsi: q letanias minores instituerat añ ascensionẽ dñi: eoq lupi ciuitatis intrãtes hoies vorauerũt publice. Alio mõ etiã male ficoꝝ illusiõe. Sicut Guil. vbi supra narrat de quodã viro: q se ↄuerti putabat in lupũ certis tpibus: qbus in antris latitabat Illuc eñ certo tpe ssuit: ⁊ sibi interim cũ fixus maneret: videbat ꝙ lupus ipe factus circũiret pueros deuorãdo ⁊ cũ illõ realr solũ demõ quẽdã lupũ possidẽs faceret putabat falso se somniãs circũire: ⁊ sic tãdiu demẽtatus fuit quousqꝫ inuẽtus est iacere in silua raptus. Delectat in his demõ vt paganoꝝ errorẽ: q hoies ⁊ vetulas mutari credebãt inducat. Unde discernit ꝙ ex singlari dei ꝓmissione ⁊ demonũ opere talia eueniũt: ⁊ nõ ex naturali

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

aliquo defectu:qñ nulla arte aut potẽtia ledi aut capi pñt:ficut etiã Uincẽ.in spec.histo.li.vj.ca.xl. narrat. In gallia inquit añ xpi incarnationem:z añ bellum puncum lupus vigili vagina gladium abstulit.

¶Questio nona:q obstetrices malefice ꝯceptus ī vtero diuersis modis interimũt:aborsum ꝓcurant:z vbi hoc nõ faciũt demonibus datos infantes offerunt.

Quinto sexto z septimo insimul veritas supradicta ꝓbatur per quatuor horrendos actus:quos circa infantes in vtero z extero matris exercẽt:que cuz ꝑ mulieres demones exercere hñt:z nõ per viros: iõ potius mulieres ꝙ viros sibi associare ille īsatiabilis homicida satagit:z sunt hmõi opa. Nam canoniste plus ꝙ theologi de maleficiali impedimento tractantes: vbi supra dicunt q maleficium fit nõ solum ne quis actũ carnalẽ exercere valeat:de quo supradictũ est. Sed etiã fit ne mulier ꝯcipiat: vel si cõcipit:q tũc aborsum faciat. Et addit tertius modus cũ quarto. q vbi aborsum nõ ꝓcurant:q tũc infantẽ ꝯsumunt vel demoni offerũt. De primis duob⁹ modis nõ est dubiũ: cũ per naturalia hõ absq demonũ auxilio vt per herbas vel alia impedimẽta ꝓcurare posset q mulier nõ posset gñare vel ꝯcipere vt supra tactũ est. Sed de alijs duobus q etiã a maleficis ꝓcurantur. differendũ est:nec opus est argumẽta deducere: vbi euidentissima iudicia z experimenta hec reddunt credibilius. Et de primo q certe malefice ꝫ humane nature inclinationẽ: imo aduersus oim bestiaz ꝯditiones:lupina dũtaxat spẽs excepta infantes deuorare z comedere solent. Est inquisitor cumanus: de quo supra mentio habita est. qui hec nobis retulit: q ea de cã ab incolis comitatus burbie vocatus ad inquisitionẽ faciendam:eo vez q quidam cũ puerũ ex cunis amisisset: zexplorãdo conuentionẽ mulierũ nocturno tpe vidisset z ꝓpendisset infantẽ occidi:z liquore ebibito deuorare. Ideo vt prius tactũ est vno anno:qui z fuit annus ꝓxime elapsus. xl. zvnam:maleficas igni tradidit certis alijs ad dñiuz archiducis austrie Sigismũdi fugam capientibus. assunt pro confirmatione huius scripta quedã Joh. nider in suo formicario:cuius vtiq z eoz. que scripsit recens memoria supest. vñ non incredibilia; sicut apparẽt

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

existunt:sed ꝛ hoc ꝙ maiora damna in his omnibus obstetrices malefice ꝓcurant:ꝓout malefice penitentes nobis ꝛ alijs sepius retulerunt: dicentes. Nemo fidei catholice amplius nocet ꝙ obstetrices. vbi enim pueros non interimunt. tunc quasi aliquid acturi foris extra cameram infantem deferūt. ꝛ sursum in aere eleuantes demonibus offerunt. Modus aūt in hmōi flagitijs qui obseruatur in scōa iam ꝓte patebit. ꝛ ca. vij. quam ꝛ aggredi necesse est prius vnicam duntaxat decisiōe qōnis de permissione diuina premissa. Dictuꝫ est em̄ a principio tria necessario ad maleficalem effectum concurrere demonem cū malefica ꝛ diuinam permissionem.

QEinde considerandum est de ipa ꝓmissione diuina circa quam quatuor requirunt̄. Primo. an necessarium sit ipsaꝫ permissionē ad maleficialē effectum ꝓcurrere? Scōo ꝙ deus iuste ꝓmittit creaturaꝫ ex natura peccabilē. etiā actū maleficalē ꝛ alia horrēda flagitia ꝓpetrare alijs duabus ꝓmissionibus p̄suppositis. Tertio ꝙ maleficoꝝ flagitia cūcta mala que deꝰ fieri ꝓmittit excedūt. Quarto qualr hec materia sit populo publicanda.

QIrca tertiū principale huius prime partis tangēs diuinā ꝓmissionem querit̄. An diuinam ꝓmissionē in his opibus maleficoꝝ commēdare ita sit catholicum ꝙ eius oppositum. s. redarguere illam oīno sit hereticū? ꝛ arguitur ꝙ non sit hereticū asserere ꝙ deus tantam ptātem non ꝓmittat dyabolo in hmōi maleficijs. refutare em̄ illa que in contumeliam creatoris p̄nt credere est catholicum ꝛ non hereticum. Sed asserere ꝙ dyabolo non permittatur talis potestas nocendi hoibus est catholicum. ꝓbatur qꝛ oppositum asserere videt̄ cedere in ꝯtumeliam creatoris. Nam sequit̄ ꝙ non oīa sint subiecta diuine ꝓuidentie. eoꝙ oīs sapiēs ꝓuisoꝛ excludit defectum ꝛ malū ꝗtum pōt ab his quorum curam gerit. Cum autem ea que per maleficia fiūt. si a deo permittunt̄. ab eo non excludunt̄. ꝛ si ab eo non excluduntur. non erit sapiens prouisoꝛ ipe deus. ꝛ sic nō subsunt oīa sue ꝓuidentie. quod quia falsum est. ideo hoc falsum ꝙ deus ꝓmittat. Preterea ille aliquid permittit fieri quod posset impedire

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

fi vellet. aut ꝙ non potest impedire etiam si vellet: sed neutrum illorum deo potest conuenire. Non primum: qr talis iudicatur inuidus. non secundum: quia talis iudicatur impotens. Tunc queritur incidentaliter. hoc maleficium petro accidit: ꝛ deus potuit impedire ꝛ non fecit: ergo deus est inuidus. seu non hz curam de omnibus. Si vero non potuit impedire etiam si vellet, tunc non est oipotens. que omnia sicut incōueniens est asserre. s. deum non habere curam omnium ꝛc. ergo ꝛ hoc ꝙ maleficia ex dei permissione contingunt. Preterea quicunqz permittitur sibi ꝛ est dns actuum suoꝝ non subest permissioni aut prouidentie alicuius gubernantis: sed homines sub ipsis dimittūtur a deo secundum illud Eccl'. xv. Deus ab initio constituit hominē ꝛ reliquit eum in manu consilij sui: specialiter etiam malī in suis operibus relinquuntur ꝟm illud. Dimisit eos secundū desideria cordis eorum: igitur non omnia mala diuine ꝓmissioni subduntur. Preterea Aug. dicit in Enchiri. sicut etiā phūs in. ix. meta. Melius est quedam nescire: q̄ scire vt vilia: sed omne quod est melius est deo attribuendum: ergo deus non impedit se de illis vilissimis maleficorum operibus: vt illa permittat vel non. Ad idem apl's, ij. Cor. ix. Non est deo cura de bobus: ꝛ eadem ratione de alijs irrationalibus creaturis. vnde quando maleficiatur vel non: non est deo cura: nec etiam eius permissioni: que ex eius prouidentia procedit subdūtur. Preterea que ex necessitate contingunt prouidam permissionez nō requirunt: sicut nec prudētiam. patet hoc per phm in. vj. ethi. Prudentia est recta ratio contingentium: de quibus est consilium ꝛ electio: sed plures effectus maleficiales ex necessitate cōtingunt: puta quando ex aliqua causa ꝛ influentia corporum celestium accidunt infirmitates vel aliqua alia que nos iudicamus maleficia. vnde non semper subduntur diuine permissioni. Preterea si permissione diuina homines maleficiantur. tūc queritur. Cur potius super vnum q̄ super alium. Si dicaturꝙ ppter peccata que magis abundant in vno q̄ in altero: hoc videtur esse falsum: qr tunc maiores peccatores amplius maleficiarentur. cuius contrarium dum apparet eo ꝙ minus in mundo sicut puniuntur. Juxta illud. Bene est omnibus qui p̄uarī cant̄; ita etiā maleficiant̄. Plz deniqz ex eoꝙ innocentes pueri

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

talij iusti amplius maleficiunt. Sed ℨ. deus ꝑmittit: lz nō velit malū fieri: t hoc ꝓpter ꝓfectionem vniuersi. Dionysius. iij. ca. de di. nominibus. Erit malū ad oēs. i. ꝓfectionē vniuersi conferens. Et Aug. in enchi. Ex oibus bonis t malis cōsistit vniversitatis admirabilis pulchritudo. Inquantum etiam illud qđ malum dicitur bene ordinatum: tin loco suo positū eminentiꝰ cōmendat bona: t illa magis placeant t laudabiliora sint duz comparant malis Item sanctus Thomas improbat opinionē illoꝝ ꝙ lz deus nonvelit mala: qr neqz creatura aliqua appetit malum: siue appetitu naturali: siue aiali: siue intellectuali que est voluntas cuius obiectum est bonum. vult tñ mala esse vel fieri. hoc dicit esse falsum: qr deꝰ neqz vult mala fieri: neqz vult mala non fieri: sed vult permittere mala fieri: t hoc est bonum ꝓpter ꝓfectionem vniuersi. Quare aūt sit erroneū dicere. Deus vult mala esse vel fieri ꝓpter bonum vniuersi: dicit. Quia nihil est iudicandū bonum: nisi ꝑm id qđ competit ei per se t nō per accidēs: sicut virtuosus iudicat bonus in intellectuali creatura t non animali. Malum aūt non ordinatur ad bonū per se: sed per accidēs: qr ꝑter intentionē eoꝝ qui malū operant ꝛesultat bonū: sicut ꝑter intentionē maleficoꝝ: aut ꝑter intentionē tyrā noꝝ fuit ꝙ ex eoꝝ ꝓsecutione clarescceret patientia martyrum? ℜñsio. Questio quanto vtilior ad ꝑdicandum: tanto etiam difficilior ad intelligendum exist. Est em̄ inter argumenta hoc principium. nō tam laicoꝝ: ꝫ t quorūdaz sapientū. Maleficia tam horrenda: vt superius tacta sunt non ꝑmittit a deo causas diuine ꝓmissionis huius ignorantes. ex qua etiam ignorantia qr malefice non supprimuntur per vltionem debitam. iam totā xp̄ianitatem depopulare vident: vt ergo ad vtranqz viā iuxta theologoꝝ sententiā doctor indocto satisfiat per discussiones duarum difficultatum est respondendum: t primo. Quod mū dus diuine ꝓuidentie ita subiacet ꝙ ipe immediate oibus ꝓuidet. Scō. ꝙ vniuersitatem maloꝝ que fiūt: sive in malis culpe: sive pene: sive damni. ex duabus primis permissionibus circa casum angeloꝝ t primoꝝ parentū iuste permittit. Unde t patebit ꝙ in his diffidere pertinaciter heresim sapit cum erroribus infidelium talis se implicat. Quo ad primum notandum quod ꝓsuppposito illo ꝙ prouidentia deo conueniat. Juxta il

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

lud Sap̃.xiiij. Tu autem pater gubernas oĩa ꝓuidentia.opoꝛ tet etiam aſſerere ꝙ oĩa ſunt ita ſubiecta ſue ꝓuidentie:ꝙ etiã omnibus immediate ꝓuideat quod vt pateat oſtẽdamus.pri mo per repꝛobationem cuiuſdã contrarij erꝛoꝛis.Mã ſup illõ Job.xxij.Nubes latibulum eius:ꝛ circa cardines celi peram bulat:nec noſtra cõſiderat.Quidam opinati fuerunt iuxta do ctrinam ſancti Tho.j.parte.q.xxij. Ponere tãtũmodo incoꝛ ruptibilia ſubiacere diuine ꝓuidentie:ꝓout ſunt ſubſtãtie ſe parate:ꝛ coꝛpoꝛa celeſtia cum ſpeciebus rerum inferioꝛũ:que etiam ſunt incoꝛruptibilia.Indiuiduavero ſpecierum:qꝛ ſunt coꝛruptibilia dicebãt non ſubiacere.Unde ſic diuine ꝓuiden tie dicebant ſubiacere omnia inferioꝛa q̃ in mundo agunt:in vniuerſali tm̃:ꝛ non in particulari ſeu ſingulari.Sed qꝛ hoc alijs videbatur inconueniẽs:vt de homine non eſſet amplioꝛ deo cura:q̃ de alijs animalibꝰ:ideo rabbi moyſes volẽs me dium tenere dixit cõcoꝛdãdo cum pꝛimis.Coꝛruptibilia om nia ſicut ſunt indiuidua rerum oĩno non ſubiacere diuine gu bernatiõi:ſed tm̃modo vniuerſalia ꝛ alia q̃ tacta ſunt: homi nem vero ab illa generalitate coꝛruptibilium excepit.hoc ꝓ pter ſplẽdoꝛẽ intellectꝰ quo participant cum ſubſtãtijs ſepara tis:ꝛ ſic ſm̃ iſtam opinionẽ q̃cquid hoĩbus accideret in male ficijs eſſet ex ꝓmiſſiõe dei:nõ aũt quicq̃d aĩalibꝰ aut alijs terre frugibꝰ eueniret.Et hec opinio lz ſit veritati ꝓpinquioꝛ q̃ illa q̃ omnino ꝓuidentiã dei de rebus mundi negabat:aſſerens mundũ caſu eſſe factũ:ſicut fuerunt Democritus ꝛ Epicuri.tm̃ etiam nõ caret magna falſitate:eo ꝙ neceſſe eſt dicere oĩa diui ne ꝓuidẽtie ſubiacere nõ in vniuerſali tm̃:ſed etiã in particu lari.vt nõ ſolum maleficio hoĩm:ſed ꝛ iumẽtoꝛum ꝛ terre fru gum ex diuina ꝛ ꝓuida permiſſione eueniunt.qõ ſic patet.Ad tm̃ ſe extendit ꝓuidentia ꝛ ordinãtia rerum in finẽ:quãtũ ipa cauſalitas ſe extẽdit:ſicut a ſili i rebꝰ alicuius dño ſubiectis:q̃ intm̃ ſubiacent eiꝰ ꝓuidentie inquantum ſibi exiſtũt ſubiecte. Cum aũt cauſalitas dei qui eſt pꝛimum agẽs extẽdit ſe ad oĩa entia.non ſolũ quantũ ad pꝛincipia ſpeciei:ſed etiã quantũ ad pꝛincipia indiuidualia:ꝛ nõ ſolũ incoꝛruptibiliuz.Ideo ſicut oĩa habẽt eſſe a deo:ita oĩa ſunt ꝓuiſa ab eo.i.ad aliquẽ finez ordinata,Et hoc tãgit apl̃s ad Rom̃.xiij,Que a deo ſunt:oꝛ

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

dinata sunt: quasi dicat. Sicut oia a deo sunt: ita etiaz oia ab ipso ordinata sunt: ⁊ p consequens prouidētie eius subiecte qz prouidētia dei nihil aliud noscitur q̄z ratio. i. causa ordinis rerum in finē. Oia ergo inquantū participant de esse: intātū etiā subduntur diuine puidētie. Item deus oia cognoscit: nō solū in vniuersali seu vniuersalia: immo ⁊ in particulari seu particularia. Et cum dei cognitio comparatur ad res creatas: sicut cognitio artis ad artificiata. Ideo sicut omnia artificiata subduntur ordine ⁊ prouidentie artis: ita omnia subduntur ordini ⁊ prouidētie dei. Sed qz per hoc non satis fit vt intelligaī q̄ deus iuste permittat mala fieri ⁊ maleficia in mundo: lz intelligamus hoc q̄ ipse sit prouisor omnia gubernans. quod qz conceditur: ideo etiā deberet omne malū ab his quoruz curam gerit excludere. Inter homines ēvidemus ita fieri q̄ sapiens prouisor excludit defectuz ⁊ malū quantū potest ab his quorum curam gerit. ideo ad intelligēdum ista: cur nō omnia mala deus excludit. Notandum q̄ aliud est loqui de puisore particulari: ⁊ aliud de prouisore vniuersali. Prouisor eī̄ particularis necesse habet malum excludere quantuz potest: quia non potest ex malo elicere bonum. Deus aūt cum sit vniuersalis prouisor totius mundi: ⁊ potest ex particularib⁹ malis plurima bona elicere. sicut ex psecutione tyrannorum. patientiam martyrum: ⁊ ex operibus maleficoz purgationem seu probationem fidei ⁊ iustorum vt patebit. Ideo non habet deus oia mala impedire. ne multa bona deesse contingat vniuerso. Ūñ Augustinus in enchi. Adeo misericors est omnipotēs deus q̄ non fineret aliquod malum esse in operibus suis. nisi adeo eēt omnipotēs. ⁊ bonus ⁊ vt benefaceret etiam de malo. Et hui⁹ exemplum etiam habemus in actionibus rerum naturalium. Nam corruptiones ⁊ defectus qui accidunt in rebus naturalibus. licet sint contra intētionem nature particularis illi⁹ videlicet cui talis corruptio contingit vt q̄ fur suspendatur. vel q̄ animalia in cibum hoīs occidantur. sunt tī̄ de intentione nature vniuersalis. vt videlicet ꝑseruantur hoīes in vita et in bonis. vt ⁊ sic bonū vniuersi ꝑseruet̄. vt eī̄ species rerum conseruantur oportet vt corruptio vnius sit conuersatio alterius. Occisiones eī̄ aīalium conseruat vitam leonum.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

¶Declaratur super permissionē diuinam q̄ deus non potuit conferre creature vt ex natura esset impeccabilis.

Quo ad secundum q̄ vniuersitatem malorum siue in culpis siue in penis iuste deus permittat: ꝛ presertim iam refrigescente: ꝛ mundo ad occasum declinante declaratur ex duabus proportionibus necessario presupponendum. Quarum prima: q̄ deus non potest siue melius vt cum timore dei loquamur nō est possibile vt natura creata: vt est homo vel angelus haberet hoc q̄ ex conditione sue nature peccare non posset. Secunda q̄ deus iuste permisit hominem peccare vel tentari: quib⁹ stantibus cum ad diuinam prouidentiam pertineret: vt vnaquaq̄ creatura in sua natura relinquetur dicere oportet q̄ ex premissis impossibile est q̄ deus non permittat maleficia fieri virtute demonum. Et primum quidem q̄ non fuit possibile creature communicare: q̄ peccare non posset ex conditione nature: ostenditur a doctore sancto: in. ſ secunda distinctione. xxiij. ar. primo: quia si hoc fuisset communicabile alicui creature deus vtiq̄ communicasset: eo q̄ omnes alie communicabiles bonitates ꝛ perfectiones creaturarum sunt communicate: saltez in genere: vt vnio personalis duarum naturarum in xp̄o. maternitatis ꝛ virginitatis in maria. vnio gratuita in viatoribus. vnio beatifica in electis: ꝛ sic de alijs. Cur ergo non legimus hoc alicui creature communicatum? q̄r nec homini nec angelo. Juxta illud. Et in angelis suis prauitatem: certū est: q̄r hoī a deo nō pōt cōicari hoc qđ ex natura sit impeccabilis: ꝫ hoc p gratiā inueniāt. Scđo ad idē. q̄ si esset cōmunicabile ꝛ non cōmunicaret de vniuersum nō esset pfectū. cuius pfectio ī hoc consistit: vt oēs bonitates creaturarū cōmunicabiles in genere sint cōmunicate. Nec valet argumētū. q̄ deus cū sit summe potēs ꝛ alias ad suā similitudinem hoīes ꝛ angelos creauit. q̄ etiam hoc cōferre potuerit: q̄ creatura ex cōditione sue nature haberet q̄ peccare non posset. Vel etiā q̄ faceret vt habitus ille gratie q̄ confirmationē in bono causat. esset pars essentialis nature angeli vel hoīs: vt sic ꝑm naturale suū principiuz ꝛ naturalē cōditionē haberet confirmationez in bono: vt pec-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

care nō posset. Nam primum argumentū non concludit: qr ly deus sit summe potēs sicut ꝛ summe bonus: non tñ hoc cōferre potest nō ex impfectione sue potētie: sed ex impfectione creature. q̄ impfectio cōsideraī. primo. qp hoc recipere nō pōt nec potuit homo vel angelꝰ. Ratio: qr cum sit creatura: esse suum dependet a creatore: sicut causatum a causa sui esse. ꝛ creare est aliquid ex nihilo facere. ideo si sibi relinquitur deficit. conseruatur autem q̄diu cause influentiā recipit. Exemplū si vis de cādela que tādiu lucet q̄diu hz ceram. Quo stante notū est qp deus creauit hoīem ꝛ reliquit eum in manu consilij sui. Eccli. xvij. Et similiter angelum a principio creatiōis. Et hoc factuz est p liberum arbitrium: cuius sicut ppium est facere vel omittere. ita proprium est a suo casu recedere: ꝛ qr non recedere. Et hoc est posse peccare. posse ex libertate arbitrij a deo recedere. ideo non potuit hoc homo vel angelus recipere: nec ei potuit a deo communicari: vt ex natura haberet libertatem arbitrij. ꝛ etiam ex natura haberet non posse peccare. alia imperfectio ex qua hoc nō potuit homini vel angelo communicari est. qr implicat contradictionem. que qr in se non sunt factibilia dicimus: deus non potest illa facere. Sed potius dicēdum qp creature nō possunt ista recipere: vt videlicet aliquid sit viuum et mortuum simul ꝛ semel. Ita etiā implicat vt aliq̄s habeat liberum arbitrium ex quo possit cause sue inherere: ꝛ qp possit non peccare: qr si non potest peccare: non pōt cause sue inherere cū pctō̄ sit spreto incommutabili bono rebꝰ mutabilibus inherere. Spernere autem vel nō spernere est ex libertate arbitrij. Secundum etiā argumentum non valet: qr si gratia confirmationis verteretur creature in naturaz: ita qp ex principijs essentialibus haberet nō posse peccare: tunc nō haberet ex aliquo dono accidētali ꝛ gratia non posse deficere ꝛ peccare: sed haberet hoc p naturam: ꝛ tūc esset deus: qō est absurdū. Hāc solutionem tāgit sanctus Tho. vbi supra in solutiōe vltimi argumenti cū dicit: qp q̄ncūq̄z alicui creature ꝙuenit aliqō accidēs: qō ex influētia superioris tō̄modo inest: nō pōt inferior natura illud accidēs p se habere: nisi efficeret nature superioris: sicut si aer illuminaī in actu per ignē non pōt esse qp sit de natura sua lucidus in actu; nisi fiat ignis. Dico ergo qp cuz ꝙfirma-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tio insit creature rōnali solum p gr̄am q̄ est quoddā spirituale lumē: t filitudo increati luminis non pōt esse q aliqua creatura ex natura sua ꝯfirmationē habeat vel gr̄am: nisi efficeretur diuine nature p esse dicam⁹ eiusdē nature: qđ est oīno impossibile. Concludamus q non posse peccare p naturā: deo tm̄modo ꝯuenit. eo q sicut ab esse deficere nō pōt: cum dat oīb⁹ esse. ita nec a rectitudine bonitatis deficere: cum hoc ei cōueniat p conditionem sue nature. Omnib⁹ aūt alīs q̄ hoc habēt vt peccare nō possint: confert ex hoc q ꝯfirmantur per gr̄am in bono: ex quo filij dei efficiuntur. t quodāmodo diuine nature cōsortes. Declarat̄ questio sup duas pmiss:ōes diuinas quas de⁹ iuste pmisit: videlicet diabolū authorē oīs mali peccare: simul t primos parētes cadere: ex quibus maleficorū opera iuste pmittuntur: t est tertiadecima in ordine prime partis.

Secūda q̄stio simul t ppositio q de⁹ iuste permisit quasdā creaturas angelicas q̄s aliter ꝯcedere nō potuit: nisi q peccare possent: etiā actu peccare. Et q̄sdā silī modo creatas p gr̄az p̄seruare: t h̄ absq; preuia tēptatione. hoiem ꝯo iuste pmisit t tētare t peccare: q̄ oīa sic declarant̄. Mā ad puidētiā diuinā ptinet: vt vnūquodq; in sua natura reliquat̄: t in suis naturalib⁹ operib⁹ non oīno impediat̄: q; vt Dionysi⁹ dicit. iiij. ca. de di. no. Prouidētia nō est corruptiua nature: sz saluatiua quo stāte cū manifestū sit q sicut bonū gentis diuinius q̄z bonum vnius. s. ethico. Ita t bonū vniuersi excedit bonū pticulare cuiuscūq; nature creati in particulari. Ideo etiā attēdere opz: q si pctm̄ oīno impediret̄ per hoc multi gradus tollerent̄ pfectiōis: tolleret̄ em̄ natura illa q̄ pōt peccare t nō peccare: q si dicat̄: tm̄ habuisset hō ex ꝯditiōe nature: vt pri⁹ tactū est. Rñdet̄ si nullū pctm̄ fuisset subiectuz in actu: sed statim ꝯfirmatio tūc semp lateret: quid gratie deberet̄ in bonis erga deū: t q̄d potestas peccādi potuisset t plura alia q̄b⁹ ablatis vtiq; vniuersi multuz detraheret̄. Decuit etiam vt nullo suggerēte ab extra peccaret sed occasionem peccandi ex seipso susciperet q̄m t fecit vbi deo equalis esse voluit qđ est intelligenduz non simpliciter t directe nec indirecte sed solū ꝑm quid: t hoc declaratur ppter authoritatem, Esaie. xiiij. In celo ascēdam t similis ero altissimo

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

nō em̄ simpliciter ⁊ directe qz sic habuisset intellectū ligatū ⁊ erroneū appetendo aliqd qđ sibi erat impossibile. Cognouit em̄ se esse creaturā ⁊ a deo creatuz: ⁊ ideo equalē fieri creatori cognouit hoc sibi esse impossibile. Nec etiā indirecte quia cuz totum bonum angeli ⁊ creature est in hoc: ꝙ deo subest. sicut tota claritas aeris est in hoc: ꝙ subm̄cit radys solis: iō hoc ab angelo nō potuit appeti: qz appetyisset ꝓtra bonū nature: sed appetyt dei equalitatē non absolute. sed ꝑm q̄d. hoc sic est cuz deus habet per naturā suam duo: btitudinem ⁊ bonitatem. ⁊ aliud ⁊ qđ ab ipso oīs creature btitudo ⁊ bonitas transfundi tur: videns angelus dignitatem nature sue q̄ creaturis cūctis preeminebat: voluit ⁊ appetyt a se in oīa inferiora beatitudi nem ⁊ bonitatē deriuari: ⁊ hoc per sua naturalia: ita ꝙ ipse pri mo illa ex natura haberet. ⁊ sic alie creature ex nobilitate sue nature acciperēt. Et quia etiā illa appetyt a deo ⁊ sub deo vo lēs esse dummodo ista haberet ⁊ ideo nec etiā quātū ad modū habendi deo equiparari voluit. sed tm̄modo ꝑm quid. Nota insuper: ꝙ qz suū desiderium attētauit: vt ad actum ꝓduceret: ideo subito suum desiderium alys exposuit. Et qz subito etiaz fuit alioz angelorum visio desideryj ⁊ consensus peruersus sui desideryj. Ideo peccatum primi angeli alioz peccata excessit ⁊ ꝓcessit quātitate culpe ⁊ cālitate: non tm̄ duratione ita qđ illđ Apocal. xij. Draco de celo cadēs traxit tertiam partē stellarū. Et in figura leuiathā habetur. Ipse est rex sup omnes filios su perbie. ⁊ rex ꝑm ph̄m. v. meta. ꝺr principiū inquantum mouet ꝓ suam volūtatem ⁊ imperiū sibi subiectos. Ideo ⁊ suū pecca tum alioz occasio peccandi fuit: ita ꝙ ipse primus a nullo ex trinseco tētatus alios extrinsece tētauit. Et quidem qđ dictum est ꝙ instātanea opatio in oībus illis fuit exēplificatur hoc ex sensibilibus. Nā simul tpe sunt illuminatio aeris. visio colo ris: ⁊ discretio rei vise. Hec ad longū posui: vt ꝓsiderando taz stupendam ꝓmissionē diuinam sup nobilissimas creaturas p pter vnum dumtaxat pctm̄ ambitionis quō non particulares ꝓmissiones sup maleficoz opa ꝓpter maiora pctā quātum ad aliquas circūstātias admittet. Nā maleficoz pctā in varys cir cūstantys pctm̄ angeli ⁊ primoz parētū excedūt: vt iā in scđa q̄stione patebit. Sed ⁊ hoc ꝙ puidētia dei iuste ꝓmisit primū

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

hoiem tentari ⁊ peccare ex his q̃ dicta sunt de transgressoribꝰ angelis satis patere potest. Sicut enim ad eundē finem homo ⁊ angelus creati fuerunt ⁊ in libertate arbitrij relicti. Ideo vt beatitudinis premium non absq; merito perciperent. ideo sicut angelus a casu non fuit preseruatus: vt potestas peccandi ex vno ⁊ potestas gratie confirmationis ex altero ad decorez vniuersi patesceret ita ⁊ circa hominem seruari oportuit. Unde ⁊ sanctus Tho. in. ij. di. xxiij. ar. ij. Illud ex quo deus appa ret laudabilis non debet penitus impediri: sed in pctō etiam deus apparet laudabilis cum p misericordiam parcit ⁊ p iusti ciam punit. vnde non debuit pctm̃ impedire: tm̃modo breui ter ⁊ recapitulando ad ppositum redeamus: dicamus q̄ iusta dei puidentia homo in his pmissus est multis rōnibꝰ. Prima vt ostendatur dei potentia qui solus inuertibilis est omnis au tem creatura mirabilis. Secunda autem ratio vt declarēt dei sapientiam que ex malo scit elicere bonum: quod non potuit fieri nisi deus creaturam peccare permisisset. Tertia vt manife stetur dei clementia in qua xp̄s per mortem suam hominē per ditum liberauit. Quarta vt ostendatur dei iustitia que non so lum reddit bonis premia: sed ⁊ malis supplicia. Quinta vt ho mo non sit peioris conditiōis q̄ alie creature quas omnes sic deus administrat: vt eas agere proprijs motibus sinat. Unde ⁊ hoiem pp̄rio arbitrio relinquere debuit. Sexta est laus hu mana: laus em̃ viri iusti qō potuit ⁊ nō est trāsgressus. Septi ma est decor vniuersi: qr sicut triplex malum culpe: pene: ⁊ dā ni inuenitur. ita ex opposito triplex bonum. s. honestū bonū: delectabile: ⁊ vtile decoratur. Nam culpa decoratur honestas per penam delectabilitas: per damnum summa vtilitas. Et p hec patet responsio ad argumenta.

¶ Solutiones argumentorum.

Am ad primū vbi dr asserere q̄ diabolo permitta tur potestas nocēdi hominibus sit hereticū. Op positum potius patet: qr sicut asserere q̄ deus nō pmittat hoiez ex libertate arbitrij peccare qñ vult est hereticū. ita asserere q̄ deꝰ pctm̃ dimittat inul tū: hoc aūt fit p ptātē nocēdi hoibꝰ in vindictā maloꝝ ⁊ deco rem vniuersi: iuxta illud Aug. in li. solliloquioꝝ. Iustisti dñe ⁊

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ita est vt nunq̄ dedecus culpe sit sine decore vindicte. Proba/
tio deniq̄ argumēti non valet de sapiēte prouisore q̄ excludit
defectum ⁊ malū quātum pōt. qr aliud est de deo q̄ habet curā
particularē ⁊ de puisore vl̄i. Mā prius ex malo non pōt elice/
re bonum sicut vniuersalis puisor facit: vt p̄ p̄cedentia patuit
Ad secūdum patuit: q̄ tam potentia q̄ bonitas ⁊ iusticia diui
na patescūt in hoc q̄ mala p̄mittit. vñ q̄ñ dr. Aut deus potest
mala impedire aut nō. Dicitur q̄ pōt impedire. sz non debuit
rōnib⁹ p̄tactis. Neq̄ valet instātia si dicat: ergo vult mala fie/
ri cum pōt impedire ⁊ non vult: qr vt in argumētis p̄ veritate
tactū est. Deus non potest velle mala neq̄ vult mala fieri neq̄
vult malum nō fieri: sed vult permittere malū fieri: ⁊ hoc pro/
pter p̄fectionem vniuersi. Ad tertium Aug. ⁊ pl̄us loquuntur
de cognitione humana cui melius est non cognoscere mala ⁊
vilia duplici de causa. Primo qr p̄ ea impeditur interdū a con
sideratione maloꝝ ⁊ hoc contigit: qr nō possumus simul mul/
ta intelligere. Etiam ⁊ ea de causa q̄ cogitatio malorum per/
uertit interdum voluntatem in malum. Hec autem in deo lo/
cum nō habēt q̄ intelligit oīa opera hoīm ⁊ maleficoꝝ absq̄
aliquo defectu. Ad quartū apl̄s curam dei a bobus remouit:
vt ostendat q̄ qr creatura rōnalis habet p̄ liberum arbitrium
dñiū sui actus vt dictum est. Ideo vt ei imputetur aliquid ad
culpam vel ad meritum ⁊ reddat ei iuxta hoc pena vel p̄miuz
habet deus specialem de eo puidentiā ꝑm q̄ irrationabilia nō
puidentur. Uelle aūt asserere q̄ in diuidua irrōnabiliuz crea/
turarum ex illa authoritate non p̄tinerent ad diuinam puidē
tiam esset hereticum qr esset asserere q̄ non oīa subiecta essent
diuine puidentie contra scripture sacre commendationem su/
per diuinam sapiētiam que attingit a fine vsq̄ ad finem forti/
ter ⁊ disponit omnia suauiter: ⁊ esset error rabbi moyses vt in
argumētis p̄ veritate patuit. Ad quintum: qr homo nō est in/
stitutor nature: sed vtitur naturalibus opibus artis ⁊ ꝟtutis
ad suum vsum. Ideo puidentia humana nō se extendit ad ne/
cessaria q̄ ex natura pueniunt: vt q̄ cras sol oriatur. Ad q̄ tñ se
extendit puidentia dei: eo q̄ ipse est actor nature. Unde ⁊ defe
ctus naturales: etiā si ex cursu rerum naturalium prouenirent
adhuc diuine puidentie subiacerent: quare ⁊ democrit⁹ ⁊ alī

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

philosophi naturales errauerunt.attribuentes soli necessitate materie quicquid inferioribus accideret.Ad vltimum licet omnis pena infligitur a deo ꝑpter peccata.non tñ semper maioribus peccatoribus maleficia infligũtur.vel quia dyabolus nõ vult vt illos affligat ⁊ temptat quos iusto titulo possidere secernit.vel ideo vt non a deo accelerant.Juxta illud.Multiplicate sunt infirmitates postea accelerauerũt ⁊c.Et ꝙ omnis pena infligit a deo ꝑpter peccata ptz ex sequentib⁹.qz iuxta Hiero.Quicquid patimur peccatis nostris meremur.

¶Declaratur ꝙ peccata maleficorum grauiora sunt peccatis malorum angelorum ⁊ primorum parentum.Unde sicut innocentes puniuntur ex culpis parentum.ita etiam plures innoxij damnificantur ⁊ maleficiuntur ꝑpter peccaca maleficorum.

¶Questio decimaquarta ⁊ est tota materia p̃dicabilis.

SEd super enormitatem criminum queritur. an maleficorũ flagitia cuncta mala que deus fieri finit.⁊ vsqꝫ in pñs a principio mundi fieri permisit taz in culpis ꝙꝫ in penis ⁊ damnis excedunt.Et videtur ꝙ non precipue quo ad culpam.Nam peccatum ꝙquis committit quod faciliter vitare potuisset excedit peccatum quod aliter committit:quod ita faciliter vitare non potuit.Patet per Augustinũ in de ciui.dei.Magna est in peccando iniquitas vbi est tanta in non peccando facilitas.Sed adã ⁊ plures qui ex aliquo statu perfectionis seu etiaz gratie peccauerunt.Facilius propter assistentiam gratie peccata vitare potuissent:presertim adam qui in gratia creatus fuerat quam plures malefice qui huiusmodi dona non perceperunt:ergo illorum peccata omnia maleficorum flagitia excedunt.Preterea quo ad penam maiori culpe maior pena debetur:sed peccatum ade grauissime punitum fuit in hoc quodvt patet in omnes posteros eiuspena cuz culpa ostenditur in transfusione originalis peccati:ergo eius peccatuz grauius est omnibus alijs peccatis.Preterea quo ad damnum.Nam iuxta Augustinum.Ex hoc aliquid est malum quia adimit bonum:ergo vbi plus de bono amittitur ibi maior culpa precessit:sed peccatum primi parentis maius damnum:tam in naturalibus quam in gratuitis intulit:vbi nos innocentia ⁊ immortalitate priuauit,quod nullũ aliorum sequẽ

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tium peccata intulit: ergo ꝛc. Sed econtra. id qđ plures rōnes mali includit magis est malum: sed peccata maleficaꝝ sunt huius. Nam omnia mala in bonis nature ꝛ fortune ꝓcurare posſunt deo permittente: vt ex bulla pape deducit̄. Preterea adā peccauit solummodo faciendo illud quod est vtroqꝫ modo malum: qꝛ prohibitum: ꝛ quod non erat malum ꝑm se. Sed malefici ꝛ alij peccatores peccant faciēdo illud quod est vtroqꝫ modo malum ꝛ ꝑm se est prohibitum vt homicida ꝛ alia multa inhibita. Unde eorū peccata grauiora sunt alīs peccatis. Preterea peccatum quod est ex certa malitia: est grauius peccato quod est per ignorantiam: sed malefice ex magna malitia contemnunt fidem ꝛ sacramenta fidei: prout plures confesse sunt. Responsio ꝙ mala que a modernis maleficis perpetrantur cūcta alia mala que deus nunqꝫ fieri permisit: ꝑm ꝙ in titulo questionis tangitur excedunt: ꝛ hoc quo ad peccata que cōtingūt in peruersitate morum: licet secus sit de peccatis que opponūtur alīs virtutibus theologicis. potest ostendi triplici via. Primo. in generali: comparando eorum opera indifferēter ad que cunqꝫ flagitia mūdi. Scđo. in speciali comparando ad spēs superstitionis ex quocūqꝫ pacto cum demonibus inito. Tertio. comparando illa ad peccata maloꝝ angelorum: aut etiam primoꝝ parentū. Primum sic. Nam cum triplex sit malū: videlicet culpe: pene: damni: eo ꝙ triplex sit bonum cui illa opponunt̄. scilicet honestum: delectabile: ꝛ vtile. Et culpe opponitur honestum. Pene: delectabile. Damno vtile. Qđ culpa maleficarum excedit cūcta alia peccata sic apparet. Naz iuxta doctrinam sancti Tho. in. ij. di. xxij. ar. ij. Licet in peccato multa posſint ꝯsiderari: ex quibus peccati grauitas vel etiā leuitas trahi potest. Unde ꝛ contingit ꝙ idem peccatū quod ꝑm vnum eorū est grauius: ꝑm aliud leuius inueniat̄: put dicere possumus In fornicatione iuuenis peccat. senex insanit. Tamen illa simpliciter grauiora sunt: que plures ꝛ potentiores hñt: non dico circūstantias solum: sed in spē ꝛ ꝗtitate peccati essentiali. peccati grauitatē. Et sic dicere possumus ꝙ lz peccatū ade ꝗtum ad aliquas circūstantias grauius sit oībus alīs peccatis ꝗtū ad hoc ꝙ minori tentatione pulsat̄ cecidit: qꝛvcz tm̄ ab intrinseco. Et etiam qꝛ facilius resistere potuisset ꝓpter originalē iust.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tiam in qua creatus erat. Tamen ꝯtum ad ſpēm ⁊ ꝯtitatem peccati: ⁊ etiā ꝯtum ad alias circūſtātias: que pctm̄ magis ag grauant: ſicut multa grauiora peccata ſunt ſecuta: ita ⁊ inter illa oīa maleficoꝝ excedūt. quod etiā clarius ex duobus deducitur. Nam ſicut vnū peccatū dicit maius altero: vel cauſalitate: vt pctm̄ luciferi: vel gñalitate: vt pctm̄ ade. vel deformitate: vt pctm̄ iude. Uel difficultate remittendi: vt pctm̄ in ſpm̄ ſanctuꝝ vel periculo: vt pctm̄ ignorantie: vel inſeparabilitate: vt pctm̄ cupiditatis: vel ꝓnitate: vt pctm̄ carnis. vel diuine maieſtatis offenſione: vt peccatū idolatrie ⁊ infidelitatis: vel expugnādi difficultate vt ſuperbia: vel mētis cecitate: vt ira. Ita ⁊ poſt peccatū luciferi omnia alia pctā maleficoꝝ opera excedūt: tam in deformitate crucifixū abnegātes: ꝯ ⁊ pronitate ſpurcitias carnis cum demonibus exercentes. Ac mentis cecitate in omne nocumentū: tam animarū ꝯ corpoꝝ hoīm ⁊ iumentoꝝ: toto malignitatis ſpiritu debachātes prout ex ſupradictis patuit. Qđ etiā ſcōm Iſidoꝝ nomen oſtendit. Dicuntur enim malefici: ob facinorum magnitudinem ⁊c. vt. ſ. patuit. Deducitur ⁊ ex iſto Nam duo ſunt in peccato: auerſio: ⁊ cōuerſio. iuxta illud Aug. Peccatum eſt ſpreto incommutabili bono rebus mutabilib⁹ inherere. Et ipſa etiam auerſio a deo ſit tanꝯ formale: ſicut ipſa conuerſio tanꝯ materiale. Ideo tanto aliquod pctm̄ eſt grauius ꝯtomagis homo per ipſum a deo ſeparat. Et q̄ per infidelitatem homo maxime a deo elongat: ideo ⁊ maius oībus peccatis maleficij infidelitatis exiſtit. Et hoc declaratur ꝑ nomen hereſis: qđ eſt etiā apoſtaſia a fide ſimul: ⁊ ꝙ tota earū vita pctm̄ eſt. De primo. nam cum pctm̄ infidelitatis conſiſtit in renitēdo fidei. Et hoc pōt dupliciter fieri: vel q̄ renitit fidei nō dū ſuſcepte: aut ſuſcepte. Si primo modo: tūc eſt infidelitas paganoꝝ ſeu gentiliū. Si ſcōo modo: tūc iterū dupl'r: q̄ aut renitit xp̄iane fidei ſuſcepte in figura: aut in ipſa manifeſtatione veritatis. Primo modo eſt infidelitas iudeoꝝ. Scōo modo infidelitas hereticoꝝ. Unde ptz ꝙ hereſis maleficaꝝ inter tres ſpecies ifidelitatis grauiſſima exiſtit: qđ etiam rōne ⁊ authoritate cōprobat. Nam. ñ. Petri. ij. dr̄. Melius erat illis viā veritatis nō cognoſcere: ꝯ poſt cognitā retrorſum conuerti. Rōne. Nā ſicut grauius peccat qui non implet quod promiſit: ꝯ ille q̄ nō

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

implet hoc qđ nunq̃ promisit. Ideo infidelitas hereticoꝝ qui profitent fidem euangelij: ꝛ tamen ei renituntur corrũpentes ipsam grauius peccant q̃ iudei ꝛ pagani. Et iterũ. Judei grauius peccant q̃ pagani: qꝛ suscepervt fidei christiane figuram inveteri lege quam male interpretantes corrũpunt: quod pagani non faciunt ideo etiam eoꝝ infidelitas est grauius peccatũ q̃ infidelitas gentilium qui nunq̃ fidem euangelij susceperunt. De secũdo qꝫ ꝛ apostate nũcupantur. Nam ꝑm Tho. scđa ij. q. xij. Apostasia importat quandam retrocessionem a deo et religione: que fit per diuersos modos quibus homo coniũgitur deo: vel per fidem: vel per subiectam ad obediendum volũtatem: vel per religionem ꝛ clericatũ. Scđm qꝫ etiã dicit Raymũdus ꝛ Host. qꝫ apostasia est temerarius a fidei statu vel obedientie vel religionis excessus. Et cũ remoto priori: remouetur posterius: sed non econuerso. Ideoꝛ prima alias duas excedit scilicet apostasia a fide precedit a religione. de qua. xlvij. dist. q̃tumlibet. ꝛ. xxj. q. j. legi non debet. Tamen ꝑm Raymundũ non iudicat apostata seu fugitiuus: etiam si ad longinqua diu euagetur. nisi postq̃ sic viuit qꝫ animum redeundi se deposuisse ostendit. ff. de re mili. l. desertorem. Et hoc fieret si vxoꝛez duceret: vel simile tale. Similiter ꝛ apostasiam inobedientie: vbi quis sponte contemnit precepta ecclesie ꝛ prelatorum. de qua. ij. q. iiij. alieni. Qui etiaz infamis efficitur: repellitur a testimonio ꝛ debet excommunicari. xj. q. iij. Si autem. Undeꝛ apostasia de qua loquimur super apostasiam maleficarũ dicitur apostasia perfidei: que ꝛ tanto grauioꝛ quãto ꝛ cũ inimico fidei rõnis salutis per pactum expressum peragitur. Hoc em̃ habent facere malefice ꝛ hoc inimicus ille exigit in toto vel in parte. Reperte sunt enim per nos inquisitoꝛes que omnes fidei articulos abnegauerant: quasdam vero certos in numero semp tñ confessionem veram vel sacramentalem habeant abnegare. Uñ ꝛ Juliani apostate perfidia non videt tanta fuisse: licet in alios aduersus ecclesiam maioꝛa exercuisset: de qua ꝛ. ij. q. vij. non põt. Si quis vero incidentaliter quereret. Quid si mente ꝛ coꝛde ꝛ fidem tenerent quoꝝ scrutatoꝛ solum deus est: ꝛ non quecunq̃ angelica creatura: vt supꝛa patuit facerent tñ reuerentiã ꝛ obedientiã dyabolo per actus exterioꝛes. Dicendum videturq̃ cũ

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

apostasia perfidei dupliciter potest fieri per actus infidelitatis exteriores absq; expresso pacto cum demone inito sicut qui in terris christianorum cum expresso pacto ⁊c. Primi vbi mente retinent fidem actu tamen exteriori negant: licet non sint apostate nec heretici: tamen mortaliter peccant. Sic enim salomō dys suarum vxorum reuerentiam exhibuit. Nec enim aliquis excusatur si ex metu hoc faceret: quia ꝺm Aug. Sanctius est mori fame q̄ vesci idolaticis. aliqui habent. Satius. xxxiij. q. iij. Satiꝰ. Malefici autem quātumcunq; fidem retinent corde et abnegant ore apostate tamen iudicantur eo q̄ fedus cum morte: ⁊ pactum cum inferno pepigerunt. Unde ⁊ sanctus Tho. in ij. di. iiij. ar. vl. Loquens de similibus operibus magicis. Et q̄ quocunq; modo auxilium petunt a demonibus dicit. In omnibus est apostasia a fide propter pactum initum cum demone vel verbotenus si inuocatio interfit vel facto aliquo. etiam si sacrificia desint: non enim potest homo duobus dominis seruire. Ad idem albertus vbi supra dist. viij. vbi queritur. Utruz magicis ⁊ mathematicis intendere sit peccatum apostasia a fide. Ita respondit. In talibus est semp apostasia verbi vel operis. Si enim inuocationes fiant: tunc apertum pactum initur cum demone: ⁊ tunc est aperta apostasia verborum. Si autē nō fit nisi opere simplici: tunc est apostasia operis. Et quia in his omnibus semper est fidei contumelia: quia expectatur a demone quod expectandum est a deo: ideo semper apostasia iudicatur. Ecce q̄ clare duplicem apostasiam ponunt tertiam subintelligentes scilicet cordis que si desit: tamen malefice ꝓbis operibus apostatrices iudicantur. Penis ergo vt patebit ⁊ hereticorum ⁊ apostatarum subiacere debent. Et est tertia criminis enormitas pre cunctis alijs heresibus in eis. Nam si iuxta Augustinum omnis infidelium vita peccatum est. xxviij. q. j. §. ñ. ⁊ est glosa super illud Romanorū. xiij. Omne quod non est ex fide peccatum est. Quid iudicandum est de tota vita. i. de oibus alijs operibus maleficaꝫ: que tñ non ad cōplacentiā demonū fiant: sicut ieiunare. ecclesia frequentare: cōicare: ⁊ sic de alijs. In oibus enim peccant mortaliter: quod sic declaratur. Tāta est eñ labes huius peccati. q̄ facultatē resurgendi licet non ex toto amputant, eo q̄ peccatum non corrumpit totum bonum

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

nature ꝛ lumen naturale in eis remaneat. Tamen propter pre
stitum homagiuꝫ nisi ab illo absoluant̃.omnia eoꝝ opera etiã
de genere bonorum sunt potiꝰ de genere maloꝝ:quod in alijs
infidelibus non cernitur. Nam secundũ Thomam secũda secũ
de.q.x.An omnis actio infidelis sit peccatũ?dicit ꝙ ꝗuis opa
infidelium:que sunt de genere bonorum:vt ieiunia.elemosine
ꝛ huiusmodi non sint eis meritoria propter infidelitatem:que
est grauissimũ peccatoꝝ:tamen qꝛ peccatũ non corrumpit totũ
bonum nature:sed remanet in eis lumen naturale. Ideo non
ois actus eoꝝ est mortale peccatũ:sed actus procedens ex ipsa
infidelitate:vel relatus ad ipsam:etiam si sit de genere bonoꝝ:
puta sarracenus ieiunat vt seruet legez Mahumeti de ieiunio
mandantez. Judeus seruat suas festiuitates : ꝛ hmõi in his est
mortale.Et sic intelligit̃ illud Augustini supra allegatum. Dis
infidelium vita peccatum est.

¶Quod malefice grauissimas merentur penas vltra omnes
flagitiosos mundi.

Eniꝫ flagitia cũcta alioꝝ peccata excedũt : ꝗtum
ad demeritũ pene declarat̃. Primo quo ad penam
hereticis infligendam. Scõo.quo ad penam apo
statis inferendam. Haꝫ heretici quadruplici pena
puniuntur scõm Raymun . s. excommunicatione:
depositione: reꝝ ablatione ꝛ corporali morte. De quibꝰoĩbus
lector inueniet super primũ de senten.excõ. Mouerit . ꝛ super
secundum.xxiij.q.j. Qui contra pacem.ꝛ tertium di.vij.quo
iure.xxiij.q.vj̃.c.j.ꝛ sequen.super quartum.eo.ti.scilicet de he
reticis.Excommunicamus.j.ꝛ.j̃.immoꝛ grauissimas incurrũt
penas. Credentes receptores:fautores:ꝛ defensores. Nam vl
tra penam excommunicationis illis inflictam:heretici cum fau
toribus ꝛ defensoribus suis ꝛ receptatoribus:ꝛ ipsorũ filijvsqꝫ
ad secundam generationem per lineam paternam . per lineam
vero maternam vsqꝫ ad primum gradũ ad nullũ beneficiũ vel
officiũ ecclesiasticũ admittunt̃.vt eo.ti.quicũqꝫ. ꝛ.c.statutũ. li.
vj. Sed sup tertiam penã si heretici habent filios catholicos
priuant̃ paterna hereditate in detestationem criminis. ꝛ super
quartam penã:si post deprehensionem erroris continuo non
velit reuertiꝛ heresim abiurare,subito debet comburi si laicus

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

est. Falsarij em̃ pecunie statim morti tradunt. ꝙtomagis falsarij fidei. Si vero clericus post solemnem degradationem relinquitur curie seculari occidendus. Si autem reuertantur ad fidem detrudi debent in perpetuum carcerem. de hereticis. Excommunicamus primo ⁊ secundo. ⁊ hoc de rigore iuris. Abitius tamen agit cum eis post abiurationem quã ad arbitrium epi ⁊ inquisitoris facere debent ꝑ ut in tertia parte operis patebit. vbi de varijs modis sententiandi tales tractatur. q̃s etiã dicatur deprehensus ⁊ conuictus seu etiam relapsus. His aũt modis mulctare maleficas non videtur sufficere: cum non sint simplices hereticę: sed apostatę ⁊ vltro hoc ꝙ in ipsa apostasia: non hominibus propter metum aut carnis oblectamenta fidẽ abnegant: vt supra tactum est. Sed ipsi demonibus vltra abnegationem: etiam homagium: corpora ⁊ animas offerendo prestant. Ex quibus satis probabile videtur: ꝙ quantũcunq; peniteant: ⁊ ad fidem reuertantur non debent sicut alij hereticí carceribus perpetuis manciparí: sed vltimo supplicio puniri: ⁊ hoc etiam propter damna temporalia hominibus ⁊ iumẽtis varijs modis illata leges imperant: vt patet. C. de maleficis. l. nullus. l. nemo. ⁊. l. culpa. Et est similis culpa prohibita discere ⁊ docere. Et loquuntur leges super sortilegos quanto magis super maleficos: vbi dicunt quod pena illorum est bonorum publicatio et decapitatio. Et si quis tali arte mulierem ad luxuriam prouocauerit: vel econuerso bestijs exponitur: vt dicitur ibidem: lege multi. Et de his in prima questione tactum est.

¶ Questione decimaquinta declaratur ꝙ propter peccata maleficarum innoxij sepe maleficantur: etiã interdum propter peccata propria.

Sed hoc ꝙ diuina ꝓmissione plures innoxij dãnificantur ⁊ puniunt̃ in ꝑmissis nocumẽtis ꝓpter alienа peccata maleficaꝝ: ⁊ non ꝓpter culpas ꝓprias Nec alicui hoc videatur inconueniens. ostẽdit sanctus Tho. scda scde. q. ca. viij. Hoc fieri iuste a deo loquẽdo denis presentis vite triplici ratione. ¶ Primo quidem. ꝙ vnus homo est res alterius. ⁊ sicut quis punitur in rebus: ita ⁊ in penam ꝙ alterius aliquis puniri ꝑt, Nam filij ꝑm

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

corpus sunt quedam res patris.ꝛ seruiꝛ aialia res dñorum:et sic filij puniunt̃ qñq; pro parentibus.sicut filius natus ex adulterio dauid:mortuus fuit ocitius:ꝛ animalia amalechitarum iussa sunt interfici:quis ꝛ in huiusmodi sit ratio mistica:vt ha bet̃.j.q.iiij.§.paruulos. ¶ Scdo. qr peccatū vnius deriuatur in alterū:ꝛ hoc dupliciter. Per imitationem:sicut filij imitant̃ peccata parentum:ꝛ serui ꝛ subditi peccata dominorꝝ:vt audacius peccent:vt fit in rebus male acquisitis:in quibus filij succedunt.serui in latrociniis ꝛ guerris iniustis.Unde sepius interficiunt̃:ꝛ subditi prelatorꝝ audacius peccant:dum eos peccare cernunt.etiam si eadem peccata non committunt.vnde ꝛ iuste puniunt̃.Deriuatur etiã peccatū vnius in alterū per modū meriti:vt subditorꝝ in malū prelatum.i.q; peccata subditorꝝ merẽtur peccatorem p̃latum.ꝑm illud Job. Regnare facit hypocritam ppter peccata ppli. Deriuat̃ etiã peccatū:ꝛ consequenter pena per aliquem ꝙsensumvel dissimulationem. Hoc est qñ superiores peccata nõ redarguunt.tũc sepissime boni cuꝝ malis puniunt̃:vt dicit Aug.in primo de ci.dei.Exemplum vbi inter nos inquisitores vnus reperit quoddam oppidũ mortalitate hoim quasi destitutũ:ꝛ vbi fama volabat q; quedam mulier sepulta lintheamen in quo sepulta erat successiue deglutiret.ꝛq; pestis cessare non posset:nisi ex integro lintheamen deglutiendo adventrem consumpsisset. Habito consilio desuper scultetus cũ prefecto ciuitatis sepulcrum effodiẽtes:inuenerũt quasi dimidietatem lintheaminis per os ꝛ collũ vsq; inventrẽ immissam ꝛ consumptam. Quoviso motus scultetus gladium extraxit.ꝛ caput amputando extra foueam proiecit. sicq; subito pestis cessauit.Ex quibusvtiq; diuina permissione peccata illius vetule super innoxios propter dissimulationem preceden tium punita fuerunt. Naꝛ prehabita inquisitione repertũ fuit ipsam longo tempore vite sue sortilegã ꝛ magam fuisse.Exemplum de punitione dauid in enumeratione populi per pestem ¶ Tertio fit diuina permissione:vt humane societatis vnio cõmendetur.ex quavnus homo debet pro alio sollicitus esse vt non peccet:ꝛ ad detestationeꝝ peccati. dum.scilicet pena vnius redundat in omnes:quasi omnes sintvnum corpus. Exemplũ de peccato Achor Josue. vñ. Possumus adhuc addere duos

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

modos:prout puniuntur mali interdum p bonos. interdum etiam p alios malos. Nã vt Gratia. dicit. xxiij. q. v. §. vl. Aliqñ deus punit malos p legitimam potestatẽ gerentes ex mandato suo: ⁊ hoc dupliciter. Interdum cũ merito punientium: sicut puniuit pctã chananeorum per populum suum. Interdũ absq; merito punientium: sed etiã in ipsorum penam: sicut trĩbũ beniamin puniuit ⁊ deleuit vsq; ad paucos. Aliquãdo punit etiam p populos suos iussu seu permissione excitatos. non tamẽ intendentes deo obsequi: sed sue satisfacere cupiditati. ⁊ ideo cum sui dãnatione: sicut iam punit ppm suum p turcos: ⁊ sepius ante p alienigenas etiã in veteri lege. ¶ Sed nota qꝫ quacũq; de causa quis puniatur: si non sustinet patienter penas: tunc sunt flagella: non ad satisfactionem: sed ad vindictã tantuz. i. punitionẽ. Juxta illud. Deutero. xxxij. Ignis. s. pene temporalis succensus est in furore meo. i. in punitione: qr als non est in deo furor: ⁊ ardebit vsq; ad inferni nouissima. i. vindicta: hic incipiet ⁊ ardebit vsq; ad extremam damnationez. vt exponit August. Et habetur de peni. di. iiij. §. authoritas. Sed si patienter ferantur ipsa flagella: ⁊ sit patiẽs in statu gratie habent locum satisfactionis: vt dicit Tho. in. iiij. Etiam si quis puniretur a iudice propter maleficium commissum: vel etiam malefica ⁊ hoc ꝑm plus ⁊ minus: ꝑm deuotionem patiẽtis: ⁊ qualitatem criminis. Mors autem naturalis cum sit vltimum terribilium. non tñ est satisfactoria: qr p naturam inoleuit in penam originalis pctĩ. Licet ꝑm Scotum etiam volũtarie ⁊ cum deuotione expectata ⁊ deo oblata in sua amaritudine possit fieri aliquo modo satisfactoria. Mors tamẽ violẽta: siue quis eam meruit: siue non: semper est satisfactoria. si patiẽter sustineatur ⁊ in gratia. Et hec quidem quo ad penas propter aliorum peccata inflictas. Propter propria autem etiam deus flagellat in vita presenti: ⁊ specialiter circa maleficia inferẽda. Nam Thobie. vij. Super illos qui libidini deseruiũt diabolus accipit potestatem: qđ etiam ex precedẽtibus patuit declarando maleficia circa membra ⁊ potẽtias generatiue potentie: q̃ deus amplius permittit maleficiari. Attamẽ ad ꝓdicandum populo notãdum: qꝫ premissis punitionibus nõ obstantibns: ꝑm quas deus pro culpis alienis siue propriis pu-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

nit.hanc regulam iuris pro fundamento teneat:⁊ populo pro ponit:q̄ dicit. Sine culpa nisi subsit causa non est aliq̄s puniē dus.extra de reg.iur.⁊ hec regula locum habet in iudicio po li.i.dei.⁊ in iudicio fori.i.in foro humano siue seculari siue ec clesiastico.Declara de iudicio poli.Nam cum de⁹ duplici pe na spirituali ⁊ tēporali punit.In prima inuenit ꝙ nunq̄ sine culpa.In scōa inuenit ꝙ interdū bñ sine culpa:sz non sine cā. De prima spirituali pena q̄ cū est triplex.s.subtractio gr̄e.vn de seqtur obduratio in p̄stitis:nō fit sine culpa propria.Scōa pena dāni.i.priuatiōis glorie.hoc etiā nunq̄ infligit sine cul pa propria:vt in adultis.vel ꝫtractavt in paruulis in origina li decedentibus. Tertia pena sensus.i.cruciatio ignis inferna lis.etiā p̄z.Vñ quod dr Exodi.xx.Ego dñs zelotes visitans peccata parentum in filios vsq̄ in tertiā⁊ quartā generationē intelligit de imitatoribus paternox scelerum.vt exponit Gra tianus.j.q.iiij.§.q̄bus.vbi etiā dat alias expositiones.De se cunda aūt pena tpali punit deus. ¶Primo si ꝓpter culpā al terius vt supra tactū est:triplici rōne.vel etiā sine culpa aliena ⁊ propria:sz non sine causa.vel etiā ex̄ culpa propria ⁊ nō alie na.quod si vis scire causas ꝓpter quas deus punit:⁊ tñ absq̄ culpa aliena ⁊ propria.videas quinq̄ modos quos ponit ma gister in.iiij.dist.xv.c.ij.Et recipe tres primas causas. Reliq̄s duas accipe ꝑ culpis propr̄ijs.Nā dicit quinq̄ de causis de⁹ hoiem flagellat in vita p̄nti:siue penas infert. ¶Primovt deus glorificetur.Et hoc fit q̄n miraculose remouetur pena siue fla gellum.Exempluz de ceco nato Joh.ix.de lazaro resuscitato. Joh.xj.Secundo si primum defit:immittitur tñ vt meritū cu muletur per exercitium patientie.Ac etiam vt virtus latēs in tus:alīs manifestetur.Exemplum in Job.j.⁊ Thobie.ij.Ter tio vt virtus conseruetur per humiliationem flagellorū.Exē plum in paulo qui de se dicit.ij.ad Cor.xij.Ne magnitudo re uelationum extollat me:datus est mihi stimulus carnis mee angelus sathane.qui stimulus ꝯm Remi.fuit hec infirmitas corporalis. Hec sunt sine culpa.Quarto:vt eterna damnatio hic inchoetur:vt sz aliqualiter ostendatur quid in inferno pa tietur.Exemplum in herode.Act̄.xij.⁊ in Antiocho.ij.Ma cha.ix.Quinto:vt homo purificetur:vel per expulsionem cul

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

pe:scz ex flagellis conteritur. Exemplū de maria sorore aarō. Numeri. xiy. lepra infecta: ⁊ israelitis pstratis in deserto ꝯm Hiero. xxiy. q. iiij. quid ergo. Uel ad satisfactionem pene. Exē plum in dauid: qui post remissionem adulterij commissi: quo ad culpam in penā fuit expulsus de regno: vt ptz in. ij. Regū. quod notat Grego. de peñ. dist. j. si peccatum dauid. Posset etiam dici omnem penā quam patimur procedere ex culpa no stra: saltim originali cū qua nascimur. qz ipm est causa omniū causalitatum. ar. dist. v. ad eius. Sed ⁊ tertia pena q̄ ⁊ dāni lo quēdo de illa quo ad eternā dānationē quam in futuro susti nebunt: nemo ambigat quin super omnes dānatos in penis subsensibilibus cruciabunt: Sicut eñ gratie visio in patria: ita mortali culpe pena in inferno succedit. Et sicut gradꝰ bea titudinis in patria cōmensurantur iuxta gradus charitatis et gratie in via: ita ⁊ mēsura supplicioꝝ in inferno iuxta men surā criminū in via. Hoc est quod Deutero. xxv. dicitur. Pro mensura pctī erit ⁊ plagarum modus. Et sic hoc in alijs pec catis oibus: tū in speciali maleficis hoc conuenit quod ad He bre. x. tāgitur. Quātomagis putatis deteriora mereri suppli cia qui filium dei cōculcauit ⁊ sanguinē testamēti pollutū du rexit: in quo sanctificatus est. Hec sunt propria maleficaruꝫ fi dem abnegantium: ⁊ per diuinissimum sacramētum plurimꝫ maleficia vt iam in secunda parte patebit exercentium.

¶ Sextadecima: declaratur in speciali veritas premissa: cōparādo opera maleficaruꝫ ad alias superstitionis species.

Remissa deniq; veritas quo ad enormitatem criminum in maleficys pbatur per comparatio nem ad alia opera magorum ⁊ diuinatorum. Nam cū quatuordecim sint species circa opera superstigiosa ex triplici genere diuinationum. Quorum primum fit per manifestam demonuꝫ inuocationem. Secundum per tacitam solam considerationē dispositionis vel motus alicuius rei. vt syderum dierum ho rarum ⁊ huiusmodi. Tertium per considerationem alicuius actus humani ad inquirendū aliquid occultū q̄ sortiū nomen habent. Et spēs primi generis diuinationis: q̄ fit p expressam

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

demonum inuocationē.sint prestigium:diuinatio somniorū:
Nigromantia.Diuinatio phitonica.Geomātia.Idromātia.
Aeromantia.Piromantia.ꝛ ariolorum cultus.Tho.secunda
scōe.q.xcv.ꝛ.xxvj.q.iiij.igitur.ꝛ.q.v.nec mirum.Species de-
nicꝫ secundi generis genethlitici.auriſpices:augurus:omen.
seruantibus.cheiromantia.ꝛ spatulamantia.Species etiam
tertij generis variantur ſm oīa illa q̄ sortium nomen habent
ad inquirendū aliqd occultum.scz p consideratione punctoꝝ.
festucarū figurarū in plumbo liquefactarum.Et de his Tho.
vbi supra.ꝛ.xxvj.q.ij.ꝛ.q.iiij.p totum.Tamē hec oia crimina
maleficarū flagitia excedunt:qō de p̄stātioribus speciebus de
ducit.Cui ꝛ de minorib⁹non difficultatur.Nā in prima specie
vbi aliquid p̄stigiosis quibusdā apparitionibus sensus huma
nos decipiunt:vt res corporalis aliter sentiatur per sensum vi
sus:aut tactus:vt in p̄cedentibus tactum est de modo prestrin
gendi.Maleficē his nō cōtente circa membra generatiue po-
tētie:illa interdum p̄stigiosa apparitiōe auferēdo:ꝫ non in re
rum veritate.etiam ipsam generatiuam potētiam pluries aufe
runt:ne mulier concipere aut vir actum exercere valeat.etiam
remanēte membro absq̄ p̄stigiosa illusione post conceptum.
etiam aborsum p̄curant:sepe procurant cum innumeris alijs
malis.in diuersis etiam formis bestiarū apparent:vt in supe-
rioribus patuit.In secunda deniqꝫ specie:q̄ ꝛ nigromātia dr.
ꝛ fit p mortuorum apparitionē vel locutionem:cū vt dicit ter-
tio libro etymo.Nigros grece:mors dicitur latine.mātis ve
ro diuinatio.faciunt aūt talia p sanguinem hoīs:aut alicuius
ālis super quibusdā caracteribus:scientes demonez sangui
nem amare.i.eius effusionez ꝛ pctā.Unde fit:vt vbi mortuos
ab inferis se vocare putāt ad respondendum ad interrogata:
demones in eorum similitudinibus apparentes talia exercēt.
Et hmōi artis erat illa maga ꝛ phitonissa. de qua.j. Regum.
xxviij.q̄ ad instantiam saulis samuelem suscitauit.Nec ex hoc
putat quis talia esse licita q̄ scriptura commemorat animam
iusti prophete ab inferis vocatam sauli euentum futuri belli:
etiam p mulierem phitonissam aperuisse.Quia vt Augu.dicit
ad simplicianum.Non est absurdū credere aliqua dispēsatio-
ne permissum fuisse.vt nō dominātē arte magica vel potentia

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

sed dispensatione occulta. q̃ phitonissam et saulem latebat se iusti spiritus ostẽderet regibus aspectibus. diuina eũ sentẽtia percussurus. Uel nõ vere spiritus samuelis a sua requie est ex citatus. sed aliqd̃ fantasma ꝛ illusio demonũ imaginaria dia boli machinationib⁹ est facta: quá appellat samuelé scriptura sicut imagines solẽt suarũ rerũ nominib⁹ appellari. Hec ex re sponsione cuiusdã arguméti sup questionez. An diuinatio que sit inuocatiõe demonum sit illicita. ñ. scõe. q. xcv. ar. iiij. Ad se cundum. Sz si lectori placet videat rñsionẽ super vltimũ argu mentum q̃stionis. An gradus pphetie sint in beatis in eadem summa: q. clxxiiij. Inspiciat etiã dictum Augu. xxvj. q. v. Nec mirum. Sed hec parũ ad maleficarum opera q̃ nullã in se reti nent speciem pietatis: vt intuenti eorum opera ptz. sanguinẽ innocentẽ fundere non cessantes: occulta queqz diabolicis in structionibus manifestãtes: nec viuis aut mortuis parcũt: vbi aias cum corporibus interimunt. In tertia deniqz specie: que ꝛ somniorum diuinatio dr: dupliciter obseruatur. Primo. qñ quis vtitur somnijs vt valeat aliqd̃ occultum inuestigare ex re uelatione maloꝝ spirituum: cũ quibus habẽtur pacta exp̃ssa: quando scz ad hoc inuocant. Secundo vero quando quis vti tur somnijs ad cognoscendum futura ꝑm q̃ somnia procedũt ex reuelatiõe diuina: vel ex causa naturali intrinseca vel extrin seca: quantum potest se extendere talis virtus non erit illicita diuinatio. hec Tho. vbi supra. Pro cuius intelligentia vt pre dicatores nucleum ad minus habeant. Notandum ad primũ de angelis. q̃ cum angelus sit limitate virtutis efficacius re uelare potest aliquod futurorum anime dispositte q̃ indispos te. Dispositio autem fit post sedationem motuum exteriorum ꝛ interiorum: vt qñ silentes sunt noctes ꝛ sedati sunt motus fu mositatum: ꝛ hoc fit circa auroram qñ digestio est completa. ꝛ hoc dico de nobis peccatoribus similibus: quibus angeli ex diuina pietate ad prosecutionem officij̃ aliqua reuelant: aut tẽ pore studij̃ in aurora intellectum de occultis scripturarum in formante. Presidet enim angelus bonus intellectui: sicut de⁹ voluntati: ꝛ corpora celestia nostris corporibus. alijs autem perfectoribus quibuscũq̃ potest ꝛ quacunq̃ hora reuelare vi gilando ꝛ dormiendo: q̃uis ꝛ iuxta philosophum in de som.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ꝛ vigil'.sunt magis apte recipere revelationes vt dictū est vno tempore q̄ altero:prout ceteri magi facere consueverunt.Ad secundum nota.q̄ ex naturali sollicitudine nature de regimine corporis contingit q̄ quedam futura habent causam naturalem in hoīe somniante:ꝛ tunc illa somnia seu visiones sunt tātummodo signa ꝛ non cause:sicut ex parte angeli dictuz est. ꝛ hoc accidentium futurorum in hoīe:vt sanitatis vel egritudinis vel periculi ꝛc.Et hec est sententia Arist.vbi supra.quia natura representat in somnis aīe aliquas dispositiones q̄ sunt in corpore.ex quibus postea contingit infirmitas vel aliud:vt si quis somniat de occupationibus igneis signum est q̄ predominatur in eo colera.si de aeris:vt de volatu ꝛ hmōi signū est sanguinis.si aque vel alterius liquoris aquei signū est flegmatis.si de terreis:signum est melācolie.Et ideo per somnia quā doq̄ iuuantur medici ad cognoscendum dispositiones corporis:vt etiam dicit philosophus in eodem libro.Sz hec iteruz leuia sunt per comparationem ad somnia a maleficis superstitiose obseruata.Nam si corporaliter vt supra tactum est:nolunt transferre:sed tm̄ imaginarie cernere que a consodalibus maleficis perpetrantur:reponere se habent ad sinistrum latus in nomine sui diabolo ꝛ omnium demoniorum.Unde fit vt ei singula imaginaria visione representatur a simili. Si aliqua occulta scire pro se vel alīs hoībus volunt a demonibus per somnia destruuntur non per tacita:sed per expressa cuz eis pacta inita.Nec iterum p quodcunq̄ pactum quocūq̄ modo p aliquod sacrificium alicui⁹ aīalis seu sacrilege deprecationis: aut cultus etiam latrie exhibitionis:sz seipsas in anima ꝛ corpore demonibus offerentes:fidem penit⁹ sacrilego ore abnegando.Nec his contente etiam proprios aut alienos infantes demonibus offerunt aut interimūt.de quibus supra habitum est.In quarta deniq̄ specie q̄ p phitones a phiton apolline.Juxta Jsido.qui author diuinādi ꝺr fuisse:exercetur.nō per somnia aut p mortuoriū allocutionē:sed p viuos.vt in arrepticīs.qui sic arrepti a demonib⁹ vel volūtarie aut inuoluntarie ad predicandum tm̄modo futura:ꝛ non ad alia flagitia perpetrāda agitantur qualis fuit illa puella de qua Act.xvj. Clamando post ap'los q̄ essent vere serui dei.Unde indigna-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tus paulus imperauit spiritui exire ab ea. Patet q̄ modica sit cōparatio per respectum ad maleficas ꝛ eorum opera: q̄ vtiq; sic ob magnitudinem facinoꝝ ꝛ enormitatē criminum. Juxta Jsido. vt supra habitum est nuncupantur. vnde causa breuita tis de alijs minoribus speciebus diuinationū hec probare nō expedit: vbi maiores excedere noscuntur. nā vbi predicatore placet applicare alias species vt geomantiam: q̄ fit circa cor pus terrestre vt in vngue: vel in ferro: vel lapide polito. Jdro mantiam que fit in aqua vel cristallo. Aremantiā que fit in ae re. Piromātiam que fit in igne. Ariolorum que fit in viscerib⁹ aialium immolatoꝝ in aris demonū. Licet he oēs per expres sum demonū inuocationem fiant: nulla tñ est comparatio ad maleficia maleficarum cū ad nullum nocumentū hoim: iumen torum: ꝛ terre frugum tendunt directe: sed ad futurorum pre cognitionem. De alijs etiā speciebus diuinationum q̄ cum ta cita inuocatiōe ꝛ etiam per tacitum: vt sic pactum erga demo nes practicantur: vt sunt genethlitici seu astrologi sic dicti p̄ pter natalium considerationes. Aurispices qui dies ꝛ horas obseruant. Augures: qui gestus ꝛ garritus auium. ꝛ omen: q̄ verba hominum obseruant. Et cheiromantici qui ex lineamē tis manuum aut spatulis animalium diuinant. Si cui placet inspiciat preceptorium nider circa scōm preceptum: ꝛ plura in ueniet quomodo sint licita ꝛ quomodo non. Maleficaruꝫ ve ro opera nunq̄ꝫ sunt licita.

¶ Decimaseptima est declaratiua quaterdecime: grauitatē cri minis ad peccata quecunq̄ꝫ demonum comparando.

Sed ꝛ tanta est earum facinorū magnitudo: q̄ etiaꝫ malorum angeloꝝ peccata ꝛ ruinā excedunt. Et si in culpis quō nō etiam in ifernalib⁹ supplicijs. Et hoc quidā ad culpas demōstrare: nam est difficile varijs rōnibus. Primo. nam lz ei⁹ pctm̄ sit irremis sibile: hoc tñ non est ppter magnitudinē criminis habēdo re spectū ad eoꝝ naturalia: ꝛ p̄cipue ꝟm opinionē illoꝝ qui dicūt eos tm̄ i naturalib⁹: ꝛ nūq̄ꝫ i gratuitis fuisse creatos. Et q̄ bo nū gratie excedit bonū nature: ideo illoꝝ pctā q̄ a statu gr̄e ca dūt prout vt malefice fidē susceptam in baptismo abnegantes existūt: eoꝝ vtiq; pctā excedunt. Si vero dicamus eos in gra

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tia fuisse creatos:licet nō confirmatos.sic etiam malefice licet non creati in gratia.tñ a gr̄a sponte ceciderunt:sicut ꝛ ille volens peccauit.Scdo demonstraf:nam lz eiꝰ pctiñ sit irremissibile varijs de causis alijs puta ꝑm Augustinū:qz nullo suggerente peccauit:ideo nullo suggerente peccauit.ideo nullo reparēte redire debet.Uel ꝑm Damas.contra dei formā intellectu peccauit ꝛ cognitio quanto est nobilior tanto peior est error.Seruus eñ sciens voluntatem dñi sui ꝛc.Uel iterum ꝑm eundem Damas.qz non est susceptibilis pnie:ideo nec venie. ꝛ hoc ex natura sua:que quia spiritualis tantūmodo est semel vertibilis:eo ꝙ se totam conuertit:quod in homine nō fit vbi caro semp repugnat spiritui.Uel iterum:qz excelso loco peccauit vt in celo:hō autem in terra.His tñ non obstantibus eius culpa in multis alijs minoratur comparatiue ad maleficarum flagitia.Primo in hoc ꝙ ille iuxta Anselmum in quadaz oratione nulla p̄cedente delicti vindicta supbiens peccauit.Male fice vero post tantas penas sepe multis alijs maleficis inflictas immo ꝛ post penas quas percipiūt in ecclesia diabolo occasione sue ruine inflictas oīa hec conten̄unt ꝛ nō ad minima pctā mortalia vt ceteri peccatores qui ex infirmitate aut malicia absq; habitu malicie peccant.Sed ex pfunda cordis malicia ad horrenda flagitia pperant.Secundo qz licet triplex sit status mali angeli.Innocentie:Culpe et miserie seu pene. Ipse tamen sic ab innocentia semel tñ cecidit ꝛ ꝙ ad illā nūq; restitutus fuit.Peccator autem ad innocentiam per baptismum restitutus iterum ab illo cadens multum pfundatur.Et super omnes ipse malefice vt earum flagitia demōstrant.Tertio ille contra creatorem nos autem ꝛ super omnes ipse malefice contra creatorem ꝛ redemptorem ꝛc.Quarto ille derelict deum permittentem videlicet eum peccare ꝛ non ex pietate eū prosequentem:nos autem super omnes ipse malefice peccatis elongamur a deo permittente ꝛ ex pietate nos continuo prosequente et beneficijs plurimis nos preueniente.Quinto ille prestat in malicia deo reprobante ꝛ suam gratiam non apponenti nos miser̄i currimus in illam maliciam deo continue reuocante.Sexto ille manet obduratus ad punientem:nos obdurati ad blandientem.Et si ambo contra deum tñ ille cōtra

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

se requirentē. nos ꝫ pro nobis morientem. quē vt premissimus
sup oēs malifice deyonestantes offendunt.

¶ Solutiones argumentoꝝ etiā declarāt veritatē p cōpationē

AD argumenta. Ad primū patet rñsio per ea que in principio corporis qōnis tacta sunt. Undevꝫ aliquod pctm̄ dꝫ censeri grauius altero. ⁊ qūo pctā maleficarum grauiora cunctis quo ad culpam exīstunt. Et aliud quo ad penā Dicendū. ꝙ ficut culpa ade ita ⁊ eius pena dupliciter ꝯsideratur. vel quo ad psonā vel quo ad naturam totā. videlicet posteritatem ex eo secutam Primo modo. Sicut maiora peccata fuerunt post eū perpetrata qz videlz ipse solum modo peccauit faciēdo illud qđ erat malum non ꝼm se. sed qz prohibitum. Fornicatiōes vero adulteria a homicidia vtroqꝫ modo mala sunt. scilicet ꝼm se. ⁊ qz prohibita ideo etiam grauior pena eis debetur. Scdo vero modo ꝫ maxima pena primum peccatum secuta est. hoc tm̄ est per indirectum inqꝫtum vꝫ per eū tota posteritas originali peccato fuit infecta eo ꝙ ipe primus parens omnium ꝑ quibus oībus solus filius dei satisfacere potuit potētia ordinata. Pro suo autem psonali mediante diuina gratia penituit ⁊ saluatus post solutionem facta m per xp̄m incomparabiliter autem pctā maleficarum excedunt in grauitate non contente de suis personalibus pctis ⁊ perditionibus: cum etiam innumeras alias post se continue trahunt. Ad tertium dicendum ex prehabitis ꝙ hō fuit per accidens in pctō ade ꝙ maiorē lesionē intulit. Et hoc videlz ꝙ naturā integrā inuenit ⁊ ꝙ corruptam necessario non volūtarie transfundere habuit vñ non sequit ꝙ suum pctm̄ simpliciter grauius ceteris fuit. Tū etiam qz hec idē etiā sequentia peccata fecissent si talem naturā inuenissent. sicut ⁊ ꝼm mortale peccatū nō grauat gratiā. eo ꝙ illam non inuenit: priuaret aūt si illā īueniret. Hec est solutio sancti Tho. in. ij. di. xxj. arti. ij. in solutione secundi argumenti: quam solutionem si quis ad plenū vult intelligere habet ꝯsiderare ꝙ adam originalem iustitiā si ꝑstitisset nō transfudisset in posteros prout Anſel. opinabat: qz etiaꝫ aliquis post eum peccare potuisset: videbant dicta doctō. di. xx. An pueri mox nati fuissēt ī gr̄a ꝯfirmati. Itē quoli. cj. an idem qui nunc saluantur homines saluari fuissent si adaꝫ

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

non peccasset.

¶ Sequitur modus predicandi ꝫ quinq; argumenta laycoꝝ q̄bus p̄barevidentur sparsim q̄ deus non permittat tantā potestatē dyabolo ꝛ maleficijs circa hmōi maleficia inferenda.

Sit deniq; p̄dicator puidus sup certa argumenta laycoꝝ: vel etiā peritoꝝ quorundā: qui intm̄ maleficasee negant q̄ lz malitiā ꝛ potentiā demonis ad inferendū ex suo desiderio hmōi mala ꝓcedant: diuinā tm̄ permissionē sibi condescendentē negāt: nec volūt q̄ deus talia fieri permittat. ꝛ lz modū arguendi non habeant: ꝛ in tenebris sicut ceci palpitant, iam vnum iam alterū mediū tangēdo: opus tm̄ est eoꝝ assertiones ad quinq; argumenta reducere. Ex q̄bus vtiq; oēs eoꝝ cauillationes p̄cedere p̄nt. ꝛ primo q̄ deus non permittat dyabolo sub tanta potestate seuire in homines.

Vtrum ad maleficialem effectum a demone per maleficam p̄curandum semp hz cōcurrere diuina permissio? Et arguit̄ quinq; argumentis q̄ deus non permittit. vñ etiam maleficiū nihil est in mūdo. Et primū sumitur ex p̄te dei. Scōm ex parte dyaboli. Tertium ex p̄te malefice. Quartum ex p̄te morbi. Quintum ex p̄te p̄dicatoꝝ ꝛ iudicū q̄ talia ꝫ eas p̄dicant ꝛ iudicāt vtiq; nūq; securi essent. Primo sic. Deus punire p̄t hoīez p̄pter peccata ꝛ punit gladio fame ꝛ mortalitate. Item diuersis alijs infirmitatibus varijs ꝛ innumeris quibus humana ꝓditio subiacet. vnde q̄ opus ei non est adiungere alias punitiones: iō non p̄mittit. Scōo sic. Ex parte dyaboli si vera essent que predicant q̄ vez vim gñatiuam impedire possunt. vt vez mulier non concipiat vel si ꝓcipiat q̄ aborsum faciat. vel si non aborsum q̄ ēt post partum natos interficiunt: vtiq; sic perimere possent totū mundum. ꝛ iterū posset dici q̄ opa dyaboli essent fortiora operibus dei. ſ. sacramēto matrimonij: qō est opus dei. Tertio. ex parte hoīs: nam videmus si maleficium dz esse aliq̄d in mūdo tunc aliqui hoīes plus alijs maleficiunt. De quo si queritur vtiq; dr̄ hoc esse p̄opter punitionez peccatorum: sed hoc est falsum ergo ꝛ illud quod maleficia sint in mundo. Falsitas autem p̄batur ex eo. q̄ tunc maiores peccatores amplius punirent: hoc est falsum cum minus puniant̄ q̄ alij/interdum iusti: qō etiam

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

cernitur in pueris innocẽtibus qui asserunt maleficiari. Quar
to pot addi ꝛ aliud argumentũ ex parte dei hoc ꝙ quis impe⸗
dire posset ꝛ non impedit:sed fieri ꝑmittit:vtiꝯ iudicat ex sua
voluntate ꝑcessisse. Sed deus cũ sit summe bonus nõ pot velle
malũ:ergo non pot permitterevt fiat malum qõ ipse impedire
pot. Item ex parte morbi defectus ꝛ infirmitates qui dicuntur
maleficiales. similes etiam sunt defectibus ꝛ infirmitatibus na
turalibus. i. qui ex defectu nature ꝑcedunt:quod enim aliquis
claudicat. excecat: vel rõnem perdit:vel etiam moritur ex defe
ctu nature contingere possunt: vnde non ꝑñt secure maleficis
ascribi. Ultimo ex parte iudicũ ꝛ ꝑdicatoꝝ:qui cũ talia aduer
sus maleficas predicant ꝛ practicant vtiꝯ ꝑpter ingens odiũ
a maleficis contra eos conceptum nunꝯ essent securi:sed con⸗
tra argumenta sumantur ex questione prima:super tertium prĩ
cipale prime partis tractatus. ꝛ proponantur illa que sunt ma
gis ad populum:quomodo videlicet permittit mala fieri:licet
non velit malum fieri. permittit autem propter admirabilem ꝙ
fectionem vniuersi:que considerant in hoc ꝙ bona commen⸗
dantur eminentius ꝛ magis placent:ꝛ sunt laudabiliora dum
comparant malis:habentur ibi authoritates. Item profunda
dei diuine sapientie:iustitie:ꝛ bonitatis relucent:que alꝫ essent
occulta ꝛ breuiter pro decisione questionis possunt colligi ex
his que ibi tanguntur varia documenta pro informatione po
puli:videlꝫ ꝙ deus iuste duos casus permisit. i. angeloꝝ ꝛ pri⸗
morum parentum:qui cum sint maiores omnibus alijs casib⁹
Non mirum si alij minores permittantur. Qualiter autẽ sunt
maiores quo ad causalitatem:non quo ad alias circunstantias
ꝑm quas peccata maleficarum:vt in. q. tangitur. ꝛ malorum an
geloꝝ ꝛ primoꝝ parentũ peccata excedũt:ꝛ quare deus iuste ꝙ
misit illos primos casus tangitur. in. ij. q. ex quibus plurima
colligere ꝛ dilatare potest ad suum placitum. Sed ad respon⸗
dendum super argumenta. Nam ad primum cum dicitur. De⁹
sufficienter punit per naturales infirmitates mortales gladio
et fame. Respondetur ex tribus. Primo quia deus non limi⸗
tauit suam virtutem ad naturalem processum: aut etiam ad in⸗
fluentias corporum celestium: vt videlicet preter illa agere
non possit: ideo et preter illa sepissime egit in punitionem

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

peccaminum:mortalitates ⁊ alia inferendo :preter omnem in/
fluentiã corpor:sicut in punitione peccati superbie:in dauid su
per mortalitatẽ inflictaz ppl'o:ppter populi numerationẽ ⁊c.
Scdo hocvtiqz ꝯgruit diuine sapiẽtie:que cũ rebus oĩbus sic
administrat.vt eas ꝓpꝛijs motibus agere finat. Jdeo sicut nõ
cõuenit malitiam demonis oĩno impedire:sz potius decet ip/
sam ꝓmittere:vt agat ꝯtum ad bonũ vniuersi spectare põt. lz
ꝯtinuo etiã refrenaẽ per bonos angelos:vt nõ tm̃ noceat ꝯtũ
nocere vellet. Jta etiam nõ cõuenit malitiã humanã refrenare
sup ea ad que ex libertate arbitrij põt:vt est fidẽ abnegare ⁊ se
ipm demoni reuouere:quevtiqz facere in ptãte sunt volũtatis
humane. Ex'q bus etiã duobus cũ deus maxime offendit:iuste
permittit ea que a malefica desiderant:⁊ ppter que fidẽ abne/
gauit ⁊ ad que dyaboli potentia se extẽdit:vt est hoĩbus: iumẽ
tis:⁊ terre frugibus posse nocere. Tertio .deus iuste permittit
illa mala fieri ꝙ que dyabolus etiã per indirectũ maxime tor/
quetur:⁊ summam recipit displicentiam:sed per illa mala que
a maleficis virtute demonũ fiunt per indirectũ dyabolus ma
xime torquetur:dum contra suam voluntatem deus oĩbus ma
lis ad gloriam sui nois:ad fidei cõmendationẽ:ad electoꝝ pur
gationẽ ⁊ cumulũ meritorium vtitur . Certum est em̃ ꝙ inter
oẽs displicentias quas dyabolus ex supbia que semp ꝯ deum
exigit.iuxta illud. Superbia eoꝝ qui te oderũt ascendit semp.
hec p̃cipua est qua sibi displicet ꝙ deus oĩa sua machinameta
in sui gloriã ⁊c.cõuertit. Juste ergo deꝰ cũcta ꝓmittit. Ad scõm
superius rñsum est:⁊ dz rñdere ad duo que includunt in argu/
mento.s.ꝙ non dr̃ dyabolus fortior deo:nec eius factura: imo
cernitur ꝙ minime virtutis existit:cũ nihil possit nisi ꝓmissione
diuina vñ eius virtus põt dici minima:cõparando ad diuinaz
ꝓmissionẽ.lz sit maxima cõparando ad virtutes corpales quas
naturaliꝝ excedit. Juxta illud sepe allegatũ. Non est ptãs super
terrã que eivaleat cõparari. Job.xlj. Alterũ ad qõ rñdendum.
Cur vcz deus potius supvim gñatiuam ꝓmittit maleficia fieri
ꝯ sup alios actus humanos. De q̃bus etiã supra tactum est in
materia de ꝓmissione diuina sub titulo.qũo malefícevim gene
ratiuã ⁊ actũ venereum impedire pñt. Est em̃ hoc ppter fedita
tem illius actus. Et qz originale pctm̃ inflictum ex culpa pri/

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

moꝛ parentum per illū actū transfundit:ꝛ exemplificaꝛ etiā de
serpēte qui primū instrm dyaboli fuit ꝛc.Ad tertiū.dicendum
ꝙ sicut intentio ꝛ appetitus dyaboli maioꝛ est ad tēptandum
bonos ꝙꝫ malos:lz ex parte tēptati magis tēptat malos ꝙꝫ bo
nos.i.ꝙamplioꝛ habilitas est in malis ad recipiendū tēptatio
nem demonis ꝙꝫ fit in bonis.Ita etiam plus affectat ledere bo
nos ꝙꝫ malos:lz maiozem habilitatē ledendi inueniret in ma
lis ꝙꝫ in bonis.ꝛ huius est rō.qꝛ ꝑm Gꝛego. quanto crebrius
qs dyabolo se subiicit:tanto intolerabiliozem sibi facit: vt ei
reluctari non possit.Sed cum mali crebrius se subiciant dya
bolo eis sit tēptatio magis intolerabilis ꝛ frequentioꝛ cū non
habeāt scutū fidei formate quo se tueanꝫ.De quo scuto aplus
Ephe. vj.In oibus sumentibus scutū fidei in quo possitis oīa
tela nequissimi ignea extinguere. Sed ex alia parte magis et
acrius impugnat bonos ꝙꝫ malos.Et ratio:qꝛ cum iam possi
deat malos non aūt bonos. ideo magis conatur per tribula
tionem trahere ad sui dominium iustos quos non habeat ꝙꝫ
peccatoꝛes possessos:sicut aliqs princeps terrenus magis in
surgit ꝫ illum qui plus aufert de iure suo.vel qui plus nocet re
gno ꝙꝫ ꝫ illos qui non sibi ꝫriantur.Ad quartum ꝙ deus per
mittit mala fieri:nō vult tñ mala fieri vltra premissa que tacta
sunt:ꝑdicatoꝛ declarare potest per quinqꝫ signa voluntatis dī
uine que sunt.preceptum:ꝓhibitio:ꝯcilium:operatio:ꝛ ꝑmis
sio.vide sctm̄ Tho.precipue in prima parte:qꝛ ibi planius de
clarat.q.xix.ar.xij.Nam lz vna sit voluntas in deo que est ipe
deus:sicut ꝛ vna eius essentia:tamen per respectū ad eius opa
indicaꝫ ꝛ significatur nobis eius voluntas multiplr.ꝑm quod
Psal.dicit.Magna opa domini exquisita in oēs voluntates
eius.Unde voluntas in deo distinguitur non ex parte rei: sed
ex pte suoꝛum effectuum.ita vt volūtas proprie dicta dicatur
voluntas beneplaciti.voluntas metaphoꝛice dicta dicatur vo
luntas signi inqꝫtum videlicet per signa ꝛ metaphoꝛa iudicaꝫ
nobis deum hocvelle.A simili Sicut paterfamilias vnaz hñs
in se voluntatem,demonstrat illam quinqꝫ modis .s. per se ꝛ p
alium. Per se dupliciter.directe ꝛ indirecte.Directe cuz aliqd
operaꝫ.ꝛ tunc est operatio.Indirecte aūtqñ non impediꝫ ope
rantem sicut ꝛ in.iiij.phyſi.dr.Removens ꝛ ꝓhibens est mo

uens per accidens ꝛ ꝯtum ad hoc dr̃ signum ꝓmissio. ℙer aliũ aũt declarat se paterfamilias aliquid velle tripl'r. Uel in ꝯtum ordinat aliquem ad aliquid faciendum necessario ꝛ phibendo contrarium: ꝛ sic sunt preceptio in preceptis: ꝛ prohibitio in affirmatiuis ꝛ negatiuis preceptis. Uel inquantum ordinat aliquem persuasiue ad aliqua conciliatiue ꝛ hoc pertinet ad cõsilium: ꝛ sicut voluntas humana manifestatur per hec quinq; sic ꝛ ipsius dei. Quod enim preceptum phibitio ꝛ cõsilium dicatur voluntas dei. ptz per illud ℳathei. vj. Fiat volũtas tua sicut in celo ꝛ in terra. i. vt in terra impleamus eius p̃cepta: vitemus prohibita. ꝛ impleamus prio posse consilia. Et similiter ꝙ permissio ꝛ operatio dicatur dei voluntas. patet per Augustinum qui dicit in enchi. Nihil fit: nisi omnipotens deus fieri velit vel finendo vt fiat: vel faciendo. Ad propositum cum dicitur illud q̃ quis impedire posset: ꝛ nõ impedit. iudicat̃ ex sua voluntate pcessisse: verum est. Sed cum infert̃. Deus est summe bonus: ergo non potest velle mala fieri: verum est voluntate beneplaciti ꝛ per quatuor signa huius voluntatis: quia non põt operari mala: nec percipere mala: nec vt non phibeat mala ꝛ p suadeat bona supererogationis. potest autem velle permittere mala fieri. Ad aliud quomodo cernunt̃ infirmitates ab inuicẽ vt vna sit maleficialis: altera naturalis puta ex defectu nature. Respondet̃ ꝙ variis modis. Primo medicorum iudicio. xxvj. q. v. Non licet. ꝛ. q. ij. ca. Illud. vbi verba Augustini ex secũdo de doc. xp̃iana. Ad hoc genus superstitionis pertinẽt oẽs ligature ꝛ remedia: que medicorum disciplina condemnat in quibuscunq; rebus suspendendis: atq; ligandis. A simili: vbi medici ex circunstantys: videlicet etate: complexiõe sana: ꝛ subito quasi in ictu oculi immutata: ꝛ ꝙ non ex defectu sanguinis stomachi: aut labe infirmitas acciderit. Judicant illam: non ex defectu nature. ſz ab extrinseco accidisse. Et ab extrinseco. vbi nõ ex venenosa infectione. quia sic sanguis ꝛ stomachus malis humoribus esset repletus. tunc ex sufficienti diuisione iudicant effectum esse maleficialem. Item secundo. cum eis existit incurabilis. vt nullis medicaminibus eger potest releuari. immo potius cernunt ipsum aggrauari. Tertio. quia sic subito interdum accidit. ꝙ iudicium infirmi super hoc cõtingit. Res gesta

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

vni ex nobis innotuit. Naz quidam de optimatibus ciuitatis Spirensis nimis ceruicosevoluntatis vxorem habuit intantū vt cum ipe libens in omnibus complacere studeret. tamen in cunctis fere suis affectionibus ei recalcitrabat. ⁊ verbis ꝯtumeliosis semper ipm molestare satagebat. Accidit inde vt domuz ingressus quadam die cum mulier solito more contra se brigā ti verbis opprobriosis. ⁊ ire locum dare ⁊ domum exire volebat ipsa hostium per quod exire habebat cursu veloci: anticipando obseruauit: ⁊ vociferando contestabatur: ꝙ nisi eā verberaret nulla probitas aut honestas sibi inesset. Ad que verba grauia ille manum: non aio ledendi extendit: ⁊ ipam expansis digitis super spatulam leuiter tangendo: subito ad terram collisus oem sensum perdidit: ⁊ per plures septimanas in lecto decumbens grauissima infirmitate detentus fuit. qua in re pē sari potest illam infirmitatem non ex naturali defectu: sed per maleficium mulieris sibi accidisse. Plura immo quasi innumera consimilia acta sunt: ⁊ multis innotuerunt. Sunt quidam qui per certam practicam experientiam rei capiunt per hunc modum. Nam plumbū liquefactum super infirmū tenent: ⁊ in scutellam plenam aqua infundunt: ⁊ si imago aliqua condensata cernitur: tunc infirmitatem ex maleficio accidisse iudicant. ⁊ quidam an talis imago opere demonum aut naturali virtute erūpat: vbi interrogant talia practicantes respondere solēt: ꝙ virtute saturni super plumbū: qz alis malus existit. sicut sol super aurum maleficium suavirtute ostendere solet. Sed quid de his sentiendum sit. an videlz practica licita sit aut non? Circa tertium principale huius tractatus tractabitur. canonistis em videtur licitum vt vana vanis confundantur. licet theologis omnino contrarium videatur. cum non sint facienda mala vt eueniant bona. Ad vltimum. vbi diuersa querunt. Primo cur malefice non ditantur. Secundo cur principibus eisfauentibꝰ ad pniciem oim inimicoz ipsoz nō cooperantur. Tertio cur ꝑ dicatoribus ⁊ alijs eos persequentibus non nocere valeant. Ad primum dicendū. ꝙ ideovt plurimum malefice non ditantur: vt iuxta complacentiam demonis in contumeliā creatoris quantum possibile est provilissimo ꝓcio emant. Et secundo ne

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

in diuitijs notent. Ad scõm cur principibus nõ nocẽt causa est manifesta: qr ꝯtum in ipsis est: hoc fit vt ipos in amicitia retineant? Et si queritꝫ. cur eoꝝ inimicis non noceant? Rñdetur: qr bonus angelus ex altera parte hoc maleficiuz impedit. Juxta illud Danielis. Princeps psarum restitit mihi viginti vna diebus. Uide doctorem in secundo sententiarum an inter bonos angelos sit pugna ꝛ qualiter? Ad tertium dicitur ꝙ ideo nec inquisitoribus: aut alijs officialibus nocere possunt: qr publica iustitia vtuntur. Exempla varia ad hoc possent adduci: sed temporis plixitas non patitur.

¶ Incipit secunda pars huius operis.

Secunda pars principalis huius operis: qr est de modo ꝓcedendi: qui a maleficis pro maleficijs inferendis obseruaẽ. Et per decem ꝛ octo capla distinguunt cũ duabus dũtaxat difficultatibus. quaꝝ vna in principio sup remedia ꝑseruatiua: vt vcz quis maleficari non possit: altera in fine sup remedia mouentia, maleficia. ꝛ per que maleficati curari possunt. cum fm phm in. iiij. phys. remouens ꝛ prohibens coincidunt: ꝛ sunt cause per accidens. ideo vt per hec totale fundamentuz huius horrende heresis habeatur. Circa duo principaliter insistendum erit. Primo circa introitum earum: ꝛ ꝓfessionem sacrilegam. Scõo circa progressum in modo operandi: ꝛ horrendã obseruantiam. Tertio impedimẽta salubria ꝫ earum maleficia: ꝛ remedia ꝑseruatiua. Et qr in morali iam laboramus materia. Unde argumentis varijs ꝛ declarationibus vbiꝙ insistere opus non est: cum ea que per capitula sequenter sint per precedentes qõnes sufficiẽter discussa. Jõ precamur in deo lectorem ne demonstrationem in oĩbus quaerat: vbi accommodata sufficit ꝓbabilitas ea deducendo que constant; aut visus vel auditus ꝓpria experientia: aut fide dignoꝝ relatibus esse vera. Circa primum aũt duo principaliter tangentur. Primo diuersi modi ipsius demonis alliciẽdi. Secundo. diuersi modi ipsam heresim ꝓfitendi. Circa secundum vero sex per ordinem tangentur quo ad modum procedendi ꝛ curandi. Quia primo de his que a maleficis pro se ꝛ suis corporibus practicantur. Secundo de his que erga alios hoies

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

operantur. Tertio de his que erga bestias. Et quarto de his quibus terre frugibus nocent. Quinto de maleficio tantūmodo virorum: quibus videlicet maleficijs tantummodo viri: et non mulieres insistūt. Sexto de questione sup maleficia amouenda: ⁊ quibus modis curant maleficiati. Est ergo prima q̄stio p decem ⁊ octo capitula distincta cū totidē modis in suis ritibus variantur ⁊ multiplicantur.

Vtrum quis possit p bonos angelos ita beneficiari q̄ a maleficis p quoscūq; infra scriptos modos non valeat maleficiari? Et videtur q̄ non. Eo q̄ p̄cedentia declaratū est etiā innoxios: ⁊ innocētes ⁊ iustos pluries a demonib⁹ affligi: vt Job ⁊ plures pueri innocentes: qui cernunt maleficiati cuz alijs multis iustis: ꝛ non equaliter: vt pctōres: eo q̄ non in pditionē suarū animarum: quis bonis fortune ⁊ corporum affligant. In contrarium est maleficiarū fassio. q̄ videlicet nō oēs ledere valeāt sed tantūmodo illos quos cernunt ex ūformatione demonum diuino auxilio destitutos? Rñsio. Tria sunt genera hoim beneficiati a deo. quibus illud pessimū genus suis maleficijs nocere non pōt. Et primi sunt q̄ publicam cōtra eos iusticiā exercent: aut officio aliquo publico aduersus eos insistunt. Scōi. qui de ritibus ecclie seruatis ⁊ veneratis: vt p aque benedicte asperſionem: p salis consecrati sumptionē: per candelarum in die purificationis ⁊ frondium in die palmarum consecratorū vsum licituz: cum ad hoc talia eccl'ia exorcizat: vt vires demonis umminuāt se minuūt: de quibus modis patebit. Tertij sūt qui p sanctos angelos varijs ⁊ infinitis modis beneficiantur. De primis ratio datur: ⁊ p̄varia acta ⁊ gesta comprobatur: q̄ eiñ ois potestas a deo est: ⁊ gladium portat. Juxta ap'lm. In vindictā malorum ⁊ retributionē bonoz non mirum: q̄ tunc angelica potestate demones arcentur. qñ iusticia in vindictam illius horrēdi criminis exerceť. Notant ad idē doctores q̄ q̄ potestas demonis quinq; modis impedit: in toto vel ī parte. Primo p terminū sue potestati a deo impositum: sicut de iob primo ⁊ secundo tangit. Et de illo de quo in formicario nider legit: q̄ iudici fassus fuerat. q̄ dū quidā ip̄m inuocasset: vt inimicum suum vita priuaret: aut in corpore lederet: vel ictu ful-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

minis interimeret.cum vocassem demonem ait:vt cuius auxi/
lio talia perpetrarem?Rñdit mihi q neutrū facere posset. ha/
bet inquit fidem bonā:ꝛ diligēter se signo crucis munit:idcir
co non in corpore:sed in vndecima parte fructuū suoꝝ in cam
po:si libet ei nocere possum.Scōo impeditur p impedimentū
exterius adhibitum:vt in asina balaam.Numeri.xxij. Tertio
per miraculum impossibilitatis exterius factum. Et sunt q̄ ex
singulari priuilegio beneficiantur.De quo tertium genus ho
minum:q̄ maleficiari nō possunt iam inferi⁹ patebit. Quarto.
per dei iudicium singulariter disponentis per obstaculū boni
angeli:vt de asmodeo interficiente sponsos sare virginis.non
autem thobiam. Quinto.interdum per cautelam sup̄ius:qꝛ
non vult interdum diabolus ledere vt peius inde sequatur:
vt cum excommunicatos vexare posset sicut ꝛ corinthū quem
vexauit excōicatum. Ioꝝ.v.tñ nō facit vt fidē eccl'ie in clauū
ptāte eneruat. Ideo a sil'i etiam dicere possumus:q etiā si diui
na virtute non arcerentur quando publica iusticia exerceretur
adhuc tñ sepe manum seu ꝓtectionem a maleficis voluntarie
retrahunt.qꝛ vel timent earum conuersionē:vel qꝛ desiderant
ꝛ accelerant earum dānationem.Actis deniq; ꝛ gestis hec cō/
probantur.Nam ꝛ prefatus doctor refert q̄ malefici verbo ꝛ
experientia testimonium dederunt q̄ eo ipo quo per reipubli
ce iusticie officiales capiuntur statim oīs maleficorum enerua/
tur potestas.Unde ꝛ q̄dam iudex petrus nomine de quo ꝛ su
pra mētio facta est.cum quendam maleficuꝫ statim in nomine
per suos famulos capere voluisset:tantus tremor eorum ma/
nibus incussus fuit ꝛ naribus tam mal⁹ fetor illapsus:vt se fe/
re disperarent an maleficum inuadere auderent. Quibus ꝺuꝝ
iudex imperasset. Secure miserum iuadite:qꝛ publice tactus
omnes vires perdet sue nequitie.Et ita rei probauit effect⁹.nā
captus ꝛ incineratus fuit ꝓpter plurima ab eo perpetrata ma
leficia que sparsim hinc inde posita sunt ꝛ accōmodata diuer/
sis materijs. Sed ꝛ plura que nobis inquisitoribus in officio
inquisitionis laborantibus ꝓtigerūt si recitare expediret vtiq;
aīam lectoris in ammirationē verterent. Sꝫ qꝛ laus in ore p/
prio sordescit potius expedit silentio p̄terire:q̄ notam inanis
glorie incurrere:illis dūtaxat exceptis que a deo in lucem p/

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

dierunt ꝙ celari non possunt. In oppido nempe rauenspurg dum a consulibus maleficè incinerande interrogarent: cur no bis inqsitoribus aliqua maleficia sicut alijs hoibus non intu lissent? Rñderunt. Licet pluries hoc facere attẽtassent: non ta men potuerunt. Et de causa inqrentibus rñdebant se nescire nisi ꝙ sic a demonibus informate fuissent: quotiens enim noc turnis ꝛ diurnis temporibus nobis infesti fuerunt enarrare non sufficimus: iam vt symee cum iam vt canes aut capre suis clamoribus ꝛ insultibus nos inqetarent, de nocte ad oratio nes lz indeuotas surgentibus iuxta fenestram loci que tñ in tã ta altitudine erat: ꝙ nisi per longissimas scalas quis adire po tuisset: ictu validissimo quasi ad caput de directo percutiebat. acus lintheo quo caput regebatur inserentes sic etiã a nobis surgẽtibus reperiebantur quasi illos capiti nostro immittere arte magica voluissent. Sed laus altissimo q̃ sua pietate absq; meritis nostris nos tanq; publicos iusticie fidei indignos fa mulos preseruauit. De scõis vero ratio in se patet. Nam ad hoc exorcizant ꝛ ab eccl'ia oĩno sunt efficacissima remedia ad preseruandum se ab insultibus maleficarum. Quod si querit ꝙ quem modum quis se munire debet? Dicendũ primo de his que absq; allegationibus sacroꝝ verborum fuerit ꝛ demõ de ipsis sacris carminibus. Nã de primis licitum est aqua bene dicta etiam quecunq; honesta loca hoĩm ꝛ iumẽtorum cũ in uocatione sanctissime trinitatis ꝛ oratione dñica in saluatio nẽ hoĩm ꝛ iumẽtoꝝ aspergere: sic eñ in exorcissimo dr vt vbi cũq; aspersa fuerit careat omni imundicia libereť a noxa non illic resideat spũs pestilens ꝛc. Hoies eñ ꝛ iumẽta saluat dñs iuxta prophetam vnũquodq; pro modulo suo. Secũdo sicut primum de necessitate: ita hoc secũdum lz cereum bñdictũ ac cẽdere est de ꝯgruitate aspergere: videlicet cum tali cereo loca inhabitantia. Tertio herbas consecratas adiungere vel fumi gare cum illis habitabilis in aliquo loco occulto coniungere plurimum expedit. Sic eñ in ciuitate Spirensi anuo eodem quo hic liber est inchoatus ꝯtigit ꝙ dũ quedã deuota mulier cũ quadam suspecta malefica ꝟba habuisset iuxta morez mu liercularũ mutuo brigantiũ rixosa de nocte: tñ cuz paruulum lactantẽ cunis imponere voluisset; ꝛ mẽte reuoluẽs ea que de

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

die cū ſuſcepta malefica peregiſſet timēs de periculo pueri her
bas benedictas puero ſuppoſuit:aqua ſimili aſperſit:ſal exor
cizatum ori paruli immiſit:ſigno crucis muninit ⁊ cunabulꝫ
diligenter alligauit.Et ecce circa medium noctis vagientem
puerum audiuit ⁊ dum iuxta morē puerū contrectare ⁊ cuna
bulū in altū ꝑpe lectū poſitum mouere voluiſſet cunabulū qui
dem mouit:ſed puerum ꝓtrectare:quia aberat non potuit.tre
mēs pauperecula ⁊ de pueri amiſſiōe vehementer dolēs:lumi
ne accēſo paruulū vagantē ſub lectica ⁊ in angulo ſine tamen
leſione repperit. Qua in re perpendi pōt quāta inſit exorciſ
mis eccleſie aduerſus inſidias diaboli virtus.Liquet inſuper
oīpotētis dei clemētia ⁊ ſapiētia que attingit a fine vſqꝫ ad fi
nē fortiter diſponit etiā iſtoꝝ peſſimoꝝ hoim ⁊ demonū ma
leficia ſuauiter:vt vbi q̄rūt fidē imminuere ⁊ infirmare eundeꝫ
in multorū cordibus firmant ⁊ radicent validius. Utilitates
enim plurime fidelibus ex hmōi malis ꝓueniunt:vbi ſic fides
roboratur:demonis malicia inſpicit:dei miſericordia ⁊ pote
ſtas manifeſtatur.hoīes ad ſui cuſtodiam actuantur:⁊ ad reue
rendum xp̄i paſſionem ⁊ cerimonias eccleſie accendunt. Illis
etiā diebus ſcultetus cuiuſdaꝫ ville viſental:dum grauiſſimis
doloribus ⁊ torſionibus corporis eſſet maleficatus:⁊ q̄ per
maleficia ſibi contigiſſet:non tam ab alīs maleficis q̄ꝫtum et
per experientiam edoct⁹ fuit.dixit em̄ q̄ ſingulis dn̄icis dieb⁹
ſe munire cum ſumptione ſalis ⁊ aque benedicte ſolebat:et q̄
vno die propter cuiuſdam celebrandas omiſerat nuptias:eo
dem etiam die maleficatus fuit. Quid deniq̄ de illo in rauen
ſpurg cum a diabolo in formavnius mulieris ad carnalē actū
ſollicitaretur.ille plurimuꝫ anxius dum deſiſtere nollet diabo
lus illi pauperi in mente venit:vt ſumptione ſalis:prout in p̄
dicatione audierat ſe]munire deberet. vnde cum ad introitu
ſtube ſal benedictum ſumpſiſſet mulier toruo vultu eum inſpe
xit:⁊ quis diabolorum ipſum de hoc docuiſſet:imp̄roperādo
ſubito diſparuit vbi diabolus per ſe in effigie malefice:aut cū
preſentia corporali malefice affuerat:cum vtrunq̄ facere deo
permittente poteſt. Sed ⁊ illi tres ſocij per viam ambulātes.
duo eorum ictu fulminis percuſſi fuerāt.⁊ tertius territus cuꝫ
voces in aere clamantes audiſſet.percutiamus ⁊ illum. altera

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

vox cum respondisset non possumus: qz hodie verbum caro factum est audiuit: intellexerat ꝙ ea de causa: qz missam audierat ⁊ in fine misse euangelium iohannis. In principio erat verbū ⁊c. audiuisset. ideo preseruatus fuisset. Sed ⁊ per sacra verba corpori alligata ꝙ miro modo sunt preseruatiua: dummodo septem conditiones in ipsis seruentur. De quibus ⁊ in vltima q̃stione huius secunde partis mentio fiet: eo ꝙ ibi de remedijs sanatiuis: sicut hic de remedijs preseruatiuis tractabitur. Et illa sacra verba nō solum ad ꝑseruandum: sed etiā ad curāduz maleficatos tendunt. Plurimum aūt sunt preseruatiua locoz: hoim: ⁊ iumentoꝝ verba tituli triumphalis nostri saluatoris, dum. s. p quatuor partes loci in modum crucis inscribuntur. Jesus † Nazarenus † Rex † Judeoꝝ † vel etiam iungēdo nomen virginis marie: aut euangelistarum: aut etiaz verba Johannis. Uerbum caro factum est. Tertiū vero genus quod a maleficis ledi nō potest est singulariſſimū: vtpote precipua angelica custodia munitum interius ⁊ exteriꝰ. Interius per gratie infusionem. Exteriꝰ per celestium virtutū id est per motores orbium celestiū ꝓtectionem. Et hoc q̃dem genus in duabus speciebꝰ electoꝝ diuersificaī: qz vel munitur cōtra oīa genera maleficoꝝ. ita ꝙ in nullo ledi pñt: vel ꝙ precipue circa generatiuā potētiam ita castificentī ab ipsis bonis angelis: sicut mali spūs quosdam malos hoies: vel inflāmant circa vnā vel infrigidant circa aliam p suaī maleficia. Primum de interiori ⁊ exteriori protectione quo ad gratiam: ⁊ quo ad influē tias corporum celestium sic declaratur. Nā licet deus p se gratiam infundat mēti nostre, ita ꝙ nulli creature potestas ad talem infusionē se extendere pōt. Juxta illud, Gratiā ⁊ gloriam dabit dñs: tñ dispositiue vt tradit sctūs Tho. in quodaz loco super tertium sentētiarum qñ deus aliquam notabilē gratiaz vult infundere angelus bonꝰ cooperatur. Et hoc est ad quod Dionysius ꝓtendit. iiij. ca. de di. nominibus. Hec est lex diuinitatis immutabiliter stabilita: vt ima a summis per media perficiantur, ita ꝙ quicquid bonꝝ a fonte totius bonitatis in nos emanat totuz per ministerium bonoꝝ angeloꝝuz. habemus exempla cū rōnibus. Nam ꝛz ad verbi dei cōceptionem in virgine beatissima. p quam deus hō factus est sola diuina virtus

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

efficienter affuerit:tñ angelico ministerio mens virginis p̄ sa/
lutationem ⁊ per intellectus cōfortationem ⁊ informationem
multum excitata ⁊ ad bonū p̄disposita fuit. Rōne. nā ⁊ prefati
doctoris sententia est: q̄ in hoie sunt tria vt videmus. s. volun
tas: intellectus: ⁊ potentia. alie interiores ⁊ exteriores affixe:
membris ⁊ organis corporalibus. In primū solus deus age/
re valet: q̄r cor regis in manu dñi dispositiōe: angel⁹ bon⁹ in/
quātum intellectū ad veri ⁊ bont agnitionē: ampli⁹ illuminat:
ita q̄ in scōm ⁊ de⁹ ⁊ angelus bonus agere p̄t illuminando.
Et in tertium sil'r bonus angelus ad bonū: ⁊ malus angel⁹ ꝛ
deo permittente immissiōes malas imprimere p̄t. Tñ in po/
testate humane voluntatis est tales immissiōes factas accepta
re: vel refutare. quas etiaꝫ semper hō cum dei inuocata gratia
p̄t perpulsare. De exteriori etiā custodia. que p̄ motores or/
bium a deo cōicatur est communis traditio: magis consona.
tam sacre pagine q̄ philosophie naturali: q̄ omnia corpora
celestia mouentur virtute angelica: ⁊ dicuntur motores orbiū
a x̄po ⁊ ab ecclesia virtutes celorum vocantur ⁊ consequenter
a celestibus influentijs. omnia huius mundi corporalia regū/
tur. teste philosopho. j. methe. Quare ⁊ dicere possumus cum
deus singularem habet prouidentiam de suis electis. ꝛ quos/
dam malis huius vite: scilicet penalitatibus subiicit quosdaꝫ
tamen ita preseruat q̄ in nullo ledi possunt. Et hoc donum re
cipiunt vel ab angelis bonis ipsis ad custodiam a deo deputa
tis. Uel ex influentijs celestium corporum seu a motoribꝰ ip̄o
rum orbium. Insuper notandum: q̄ licet aliqui contra omnia
maleficia muniuntur. Aliqui vero contra aliqua ⁊ non contra
omnia: sunt tamen aliqui qui singulariter a bonis angelis su/
per vim generatiuam ita castificantur q̄ nullo modo a malis
maleficiari circa illam potentiam possunt: sed de his scribere
videtur in parte superfluum. licet in parte foret necessariū pro
pter hoc q̄ isti qui circa potentiam generatiuam maleficiātur:
ideo destituuntur angelica custodia: q̄ vel semper sunt in mor
tali peccato: vel nimis libidinoso affectu illis spurcitijs insi/
stunt. Unde etiam vt in prima parte operis tactum est: deus
amplius permittit potentiam illam maleficari: ne dum ꝓpter
eius turpitudinem quantum ⁊ propter hoc q̄ corruptio p̄/

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

mi parentis sub originali cogitatione in totum genus humanum traducitur. Dicamus tamen pauca qualiter bonus interdum viros iustos ⁊ sanctos beneficiet: ⁊ precipue circa vim generatiuam. Nam ita factum est de sancto Sereno abbate. De quo refert Cassianus in collatione patrum collatio abbatis sereni prima. Hinc inquit pro interna cordis atq; anime castitate nocturnis diurnisq; precibus: ieiuniis quoq; atq; vigiliis infatigabiliter insistens cunctos estus carnalis concupiscentie tandem per diuinam gratiam in se extinxisse precepit. Deinde maiori zelo castitatis succensus prefatis vsus remediis a deo petijt vt interioris hominis castitas in corpus redūdaret dei dono. Postremo autem veniens ad eum angelus in visione nocturna eiusq; velut aperiens ventrem quandam ignitaz carnis strumam de eius visceribus euellens suisq; omnia vt fuerant locis intestina restituens. Ecce inquit incentiua carnis sue abscisa sunt: ⁊ obtinuisse te noueris hodierna die perpetuā corporis puritatem iuxta votū: quo poposciti vt ne ipse quidem naturali motu q̄ etiam in paruulis atq; lactētib⁹ excitat vlterius pulseris. Sic etiā de beato equitio abbate dicit beatus gregorius primo libro dialogoz. Hunc inq̄t cum iuuētutis sue tpe acri certamen carnis incētiua fatigarent: ipse sue tētationis angustie ad orationis studium solertiorem fecerunt. Cūq; hac in re ab oīpotenti deo remediū continuis precibus quereret: nocte quadā assistēte angelo eunuchari se vidit: eiusq; visione apparuit q⁹ omnem motū ex genitalib⁹ mēbris abscideret: atq; ex eo tempore ita fuit alienus a tentatiōe ac fi se tum non haberet in corpore ecce quale beneficiuz castificationis: q̄ virtute fretus ex dei omnipotentis auxilio vt viris ante preerat: ita cepit postmodum feminis preesse. Ita in vitas patrum illorum quos sanctus Heraclides vir religiosissimus collegit in lib. suo: quem paradisum nominat: meminit cuiusdam sancti patris ⁊ monachi quem heliam vocat. hic mīa motus trecentas feminas in monasteriuz collegit: ⁊ regere cepit Trāsacto aūt biēnio iā. xxxv. annos habēs vite: tētatus a carne in heremū fugit: vbi biduo ieiun⁹ orans ait. Dñe deus: aut occide me. aut libera me ab hac tētatione. Uespere igitur som

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

nus ei irrepsit: ⁊ tres angelos a se venire vidit. quibus quere-
tibus. Cur a monasterio virginum fugisset? nec ille pre verecū
dia respōdere auderet. Dixerunt angeli. Si liberaberis nū re-
dibis curam feminarū gerēdo? Respōdit ille ꝙ libens. Tūc il
li iuramentum ab eo excipientes quod exegerant eū eunucha
runt. Nam vnus manus: alter pedes: tertius nouacula testicu
los eius visus est abscindere: non ꝙ ita vere esset: sed quia ita
esse videbatur. querentibusqꝫ an ne remedium sentiret? Respō
dit ille se plurimum exoneratum. Ūñ quinta die ad lugentes
feminas redīt: ⁊ per. xl. annos quibus superuixit: nec pristine
tētationis deinceps scintillam sentit. Non minus beneficium
collatum esse legimus beato thome doctore nostri ordinis: q̄
a consanguineis propter ingressum dicti ordinis incarcerat⁹
vt per meretricem seduceretur ad seculum tētatus est: que per
consanguineos immissa veste ⁊ ornatu compotissimo: cum do
ctor eam intuitus fuisset ⁊ materialē ignem cōcurrit titionem
ignitū arripuit ⁊ suggestricē ignite libidinis e carcere fugauit
⁊ orationi statim pro castitatis damno strat⁹ obdormiuit: vbi
duo angeli ei apparuerunt dicentes. Ecce dei ex parte cingi-
mus cingulo castitatis: ꝙ nulla possit decetero impugnatiōe
dissolui: ⁊ ꝙ humana virtute meritis nō acq̄ritur ex parte dei
conferī ex dono. Sensit igitur cincturam. s. tactus cincture: et
exclamando euigilauit. Deincepsqꝫ tāto numere castitatis se
dotatum sensit: vt ab eodē tpe omnem abhorreret luxuriam:
vt nec sine necessitate feminis colloqui posset: sed perfecta casti
tate polleret hec ex formicario nider. His igitur tribus gene-
ribus hominum dēptis nemo securus a maleficis: quin ex de-
cem ⁊ octo modis infrascriptis aut maleficiatur aut ad male-
ficium tentatur ⁊ incitaī: de quibus per ordinē primo est disse
rendū: vt post eo clarius q̄bus remediis maleficiati possint re
uelari discutiatur: ⁊ vt eo clarius pateāt ipsi decem ⁊ octo mo
di per totidem capitula deducētur: vt primo circa maleficarū
introitum pateant diuersi modi per quos ipse malefice inno-
xios iuuēculos in augmentum illius perfidei attrahunt. Se-
cundo de modo sacrilege professionis earum: vt ⁊ quedaz de-
claratio omagñ prestādi ipsi diabolo īducitur. Tertio: de mo-
do quo localiter transferuntur in corpe vel in spiritu. Et q̄rto

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

quo in se incubis demonibus subꝫciunt. Quinto: de modo ge
nerali prout per sacramenta ecclesie sua maleficia exercent. Et
in speciali de modo quo demptis corporibus celestibus quas
cunqꝫ creaturas deo permittente inficere solent. Sexto. de mo
do quovim gñatiuā impedire solent. Septimo sup modū quo
mēbra virilia auferre ꝑstigiosa arte solent. Octauo: sup modū
quo homines in bestiales formas transmutare solent Mono:
sup modum quo demones intra capita sine lesione exīstunt qñ
prestigiosas apparitiones operant. Decimo: super modū quo
demones opatione maleficaꝫ hoies interdū substantialiter in
habitant. Undecimo: quo omne genus infirmitatis inferre so
lent: ⁊ hoc in gñali. Duodecīo de q̄busdā infirmitatibꝰ in spāli
Tertiodecimo: sup modū quo obstetrices malefice maiora dā
na inferūt dū infantes aut interimūt: aut demonibus execrādo
offerunt. Quartodecimo sup modū quo intuēs varia nocumen
ta inferunt. Quintodecimo: sup modū quo grādines ⁊ tēpesta
tes ꝯcitare ⁊ fulgura fulminare sup hoies ⁊ iumēta solēt. Sex
todecimo: decimoseptimo ⁊ decimooctauo super tres modos
quo tm̄viri ⁊ nō mulieres maleficijs istis intenti. Post hec se
quetur questio sup modos tollēdi hmōi maleficia. Hec estimat
quis funditus hoꝫ noticiā capere ꝑ eo q̄ hi varij modi sup va
ria maleficia inferenda recitant. Hoc em̄ ⁊ modicū vtile immo
fortassis ⁊ nocere posset neꝯ em̄ ꝓhibiti libri nigromātie hic
inferunt: cū hoc genus supstitionis non libris aut a doctis: sed
oīno ab imperitis practicat: vnū hñs fundamentum dū illud
non exprimit aut practicatur: impossibile sit aliquē maleficijs
vt maleficū insistere. Recitant aūt hic modi in superficie: vt eo
rū opera non incredibilia videant sicut hucusqꝫ in magnam fi
dei ꝯtumeliam ⁊ ipsoꝫ maleficoꝫ augmentū actum est: q̄ si ali
q̄s ex ꝑhabitis cū dictū est aliquos ꝑseruari per influētias coꝛ
poꝫ celestium vt maleficari nullo modo possint velit hoc etiam
attribuere illis influentijs duꝫ aliqui maleficiantur quasi que
dam necessitas ibi sit siue ad ꝑseruandum a maleficijs siue ad
inficiendum ab illis talis non recte mentez doctorum saperet
varijs respectibus. Primo: qꝛ em̄ tria sunt que a tribus celesti
bus causis dirigi pñt. s. voluntatis actus. intellectus actus: et
coꝛporalia. Et primum vt supra tactū est a solo deo ⁊ immedia

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

te dirigit. Scōm vero ab angelo. Tertiū a celesti corpore: ꝫ dirigit non tñ necessitatur. Scōo qr em̄ exdictis manifestū est: ꝙ electiones ꝛ volūtates immediate a deo dirigunt. Juxta aplm Deus est qui operat in nobis velle ꝛ perficere pro bonavolun tate ꝛ cognitio humana intellectiua a deo mediantibus angelis ordinatur. Jdeo etiaz corporalia quecunqz siue sint interio ravt virtutes ꝛ scientie acquisite per corporales potentias exteriores siue sint exteriora: vt sanitates ꝛ egritudines a celestibus corporibus mediantibus angelis dispensant qō ꝛ Dionysius tangit. iiij. c. de di. no. ꝙ corpora celestia sunt cause eorum que in hoc mundo fiunt. tamen hec sunt intelligenda quo ad sanitates ꝛ egritudines naturales. De aūt egritudines cū sint supernaturales ꝓpter demonis potentiam: que illas deo permittente infert. ideo non possumus dicere ꝙ ex influentys corpoꝝ celestium contingat ꝙ aliquis maleficiat ficut bene dici pōt ꝙ ex influentꝫs corpoꝝ celestiū est ꝙ aliquis maleficiari nō pōt. Et si dicit ꝙ oppositorum habent fieri circa idē ꝛ sicut ꝓpositū in proposito ita oppositum in opposito? Respondet ꝙ vbi aliquis preseruatur virtute corpoꝝ celestium ab infirmitatibꝰ his supernaturalibus. hoc non fit virtute corpoꝝ celestium immediate: sed virtute angelica que illam influentiam confortare potest. vt inimicus suis maleficiꝫs non possit super eam preualere: ꝛ virtus illa angelica potest deriuari: vel a motori orbis celestis: vt si iam in puncto qs mori deberet super periodo naturali deus sua potētia qui semꝑ per medias causas hmōi operat: hoc immutare potest virtutem ꝓseruatiuaz ꝑ defectiua nature immittendo ꝛ eius influentie. itaꝛ dicere possumus de eo qui maleficiari posset. ꝙ etiam tali modo a maleficys preseruatur: vel fit talis p̄seruatio ab angelo ad custodiam deputato. q̄ etiaz precipua est inter oēs custodis. Et qō dr Hiere. xxij. Scribe virum iustū sterilem qui in diebus suis non prosperat. Hoc intelligit q̄tum ad electiones voluntatis in q̄bus homovnus ꝓsperatur: alius non. qō etiam ꝓtingere pōt ex influentꝫs corpoꝝ celestiū. verbigratia. aliqs inclinat ex impressione corpoꝝ celestium ad aliquas electiōes vtiles: vt de ingressu religionis vel huius. Et cū ex lumine illuminatur eius ītellectus ad eadē agenda ꝛ ex diuina operatione inclinat eius volūtas ad hocꝙ

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

sequendū talis dicitur bene prosperari. vel etiam quando q̄s inclinat̄ ad aliquam artem vel ad aliquid vtile practicandum. Econtra dicetur male fortunatus. quando ex superioribus causis ad contraria eius electio inclinatur. De quibus sententijs ꝛ multis alijs loquit̄ sanctus Tho. in summa ꝯ genti. li. iij. ꝛ in plerisq; alijs locis qūo differt dicere aliquem esse bene vel male natum. bene vel male fortunatum. bene vel male gubernatū ꝛ custoditum. Quia ex dispositione relicta a corpore celesti dicitur aliquis bene vel male natus: ꝛ sic etiam fortunatus. ꝑm vero q̄ ab angelo illuminatur dicitur bene custoditus ꝛ non male. vbi sequitur illuminationes. Sed ꝑm q̄ a deo in bonū: ꝛ illō ꝓsequit̄ dī bñ gubernatus. Que tñ electiōes hic nō hñt locū: q; de ipsis non intendimus. sicut de preseruatione a maleficijs inferendis. De qua ad presens sufficiat aggrediendo earū cerimonialia que ab eis practicantur. ꝛ primo q̄bus modis in noxios ad earum perfidiam alliciunt.

¶ De diuersis medijs quibus demones attrahunt ꝛ alliciunt innoxios per maleficas ad augmentum illius perfidie.

¶ Capitulum primum.

SUnt aūt tres modi p̄ ceteris q̄bus demones p maleficas innoxios subuertūt. Et ex q̄bus ꝯtinue illa pfidia augmentat̄. Et primus est p tediū ex importuna tpalium damnificatione. Nā sicut sctūs Gregorius dicit. Dyabolus frequenter tentat vt saltim tedium vincat. Intelligas tñ hoc infra vires tētati. vt sup diuinā pmissionē declaratq; deus pmittit ne hoīes ignauia torpeant. In cuius figura Judicū. ij. Das gentes non deleuit deus vt erudiret israel in eis. ꝛ loquitur de finitimis nationibus cananeoꝝ Jebuseis ꝛ alijs. Et iam hussite ꝛ alij heretici permittūtur vt delere non valeāt. Jta ꝛ demones per maleficas tātis afficiunt damnis in tpalibus vicinos ꝛ innoxios: vt quasi coacti maleficaꝝ suffragia primo habeant implorare: ꝛ demū earum ꝓsilijs se submittere. Experientia sepe nos edocuit. Nouimus in dioces̄ Augustiensi hospitē: cui infra annū. xliij. equi successiue dū fuissent maleficiativ ꝛor tedio affecta maleficas cōsuluit: ꝛ iuxta earum consilia vtiq; non salubria alios quos ex posemerat: quia vector erat a maleficijs preseruauit. quāte deniq;

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

runt. Tertia: ꝙ illi qui alijs videbant transmutati in species: sibijpsis etiã videbant se in bestias conuersos: sicut nabuchodonosor cõtigit vbi septem tempora sup eũ fuerũt immutata: vt fenũ quasi bos comederet. De illo autem ꝙ socij diomedis fuissent in aues ꝯuersi: ꝛ circa tẽplũ volasse. Dicendum: ꝙ ille diomedes qz in exitu grecoꝝ circa obsidionẽ ciuitatis Troie fuerat vbi ad ꝓpria redire volebat i mari cũ socijs submersus fuit. Ideo cũ suggestione cuiusdã idoli tẽplum sibi quasi inter deos annumeratꝰ esset ꝯstructum fuerat: demones in ꝯfirmationẽ erroris longo tpe tanq̃ aues loco eoꝝ volabãt: quare ꝛ aliud genꝰ supstitiõis a ꝑdictis ꝑstigijs ibi fuit: qz videlz non ꝑ reductionẽ specierũ sensibiliũ ad vim imaginatiuam: sed in assumptis corpibꝰ tanq̃ aues volãtes se oculis aspiciẽtiũ ingerebãt: ꝙ si q̃ritur An etiã ꝑdicto mõ ꝑ reductionẽ specierũ sensibiliũ aspiciẽtes illudere ꝓtuissent: vt demones nõ in assumptis corpibus ex aere tanq̃ volãtes aues se ingessissent? Dicẽduz ꝙ sic. Mã ꝛ opinio quorũdã fuit: vt recitat sanctus Tho. in. ij. sentẽ. di. viij. ar. ij. ꝙ ãgeli q̃cũq̃ siue boni siue mali nũq̃ assumerẽt corpa: sz qđ oĩa que de eoꝝ apparitionibꝰ leguntur in scripturis facta fuerint in ꝑstigijs vel secundũ visionez imaginariã. In q̃busverbis notat a doctore sancto differentia inter prestigiũ ꝛ imaginariam visionẽ. Quia ꝑstigium potest habere rem ab extra corpali visui se obijcientem. Licet aliter videatur q̃ fit. Imaginaria autem visio non hoc necessario req̃rit: vt videlicet res ab extra obijciatur sed potest fieri absq̃ illa exteriori obiectione: tantummodo per illas interiores species sensibiles vbi ad vim imaginariã reducuntur. Uñ illoruz opinionem sequendo socij diomedis non fuerũt repzesentati per demones in assumptis corporibꝰ ꝛ similitudinibus aliũ: sed tantummodo fantastica ꝛ imaginaria visione per illarũ videlicet specierum sensibilium reductionẽ ꝛc. vt. s. Sed qz doctor sanctus opinionem illam vt errorẽ ꝛ non vt opinionẽ simplicem reprobat lz non vt heresim forte vt pie creditur: cũ etiã tales apparitiones imaginarie interdum ꝛ a bonis ꝛ a malis angelis fuerint absq̃ corporibus assumptis vsitate. Ideo vt ibidem dicit: cum sancti communiter dicunt angelos etiã corporali visiõe apparuisse: ꝛ talis apparitio fit in assumptis cor-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

poribus. Textus etiam scripture sacre super tales corporales apparitiones plus ꝯcordat: ꝫ sup imaginarias aut ꝑstigiosas Ideo ex his ad pñs dicere possumus etiam sup quascūq; visiones ꝟsimiles illis de socijs diomedis ꝙ ꝛ illi socij imaginaria visione evidentiū potuissent opere demonū videri modo quo dictū est tñ potius ꝓsumit: ꝙ per demones in assumptis corporibus ex elemento aeris tanq; aues volātes fuerint visi: aut ꝙ alie aues naturales a demonibus agitata illos repītauerint.

¶ Qualiter demones intra corpora ⁊ capita existunt sine lesione qñ ꝓstigiosas operantur transmutationes.

¶ Capitulum nonum.

Quod si vlterius sup modū ꝑstigiose trāsmutatiōis querit. An intra corpora ⁊ capita tūc existant: ⁊ an tales sint tāq; obsessi a demonibus estimādi ⁊ qualiter fieri possit: vt absq; lesione potentiaꝝ ⁊ viriuꝝ interioꝝ possint species ab vna potentia interiori ad aliam deducere. Et vtrum tale opus debeat censeri miraculosum factum aut non. Ad primum opꝫ distinguere de ꝑstigiosa illusione: eo ꝙ vt dictū est. Illa illusio fit em̄ interdū sup sensus exteriores: interdū sup interiores vsq; ad sensum exteriorē Prima ergo ꝛ possit fieri absq; hoc ꝙ demones intrēt potentias exteriores illas occupādo: ꝟ tñ exterius deludēdo: vt vbi corpus aliqd occultare vellet ꝑ interpositionē alicui⁹ alteri⁹ corporis vel alio quocūq; mō. Aut vbi ꝑ se corpus assumeret ⁊ sevi sui obȝceret. Scda tñ nō pōt fieri nisi ipm caput ⁊ potētias principaliꝝ occupet. Et hoc oñditur authoritate ⁊ rōne. Nec obstare pōt: ꝙ duo spūs creati non pñt esse in vno ⁊ eodē loco: ⁊ aīa sit in qualibet ꝑte corporis. Est aūt authoritas sup hoc Damascen. Angelus ibi est vbi opat. Ratio scti tho. ij. sen. di. viij. ar. v. Oēs āgeli boni ⁊ mali ex virture naturali que ꝑstantior vtiq; est quacūq; corporali hñt ptātem trāsmutādi corpora nra. Ptꝫ hoc nedū ꝓpter ꝑstantiam ⁊ nobilitatē nature. Sꝫ ⁊ iō ꝙ tota machina mūdi ⁊ creatura corpalis amministrat per angelos. Sic. iiij. dialo. In hūc mundū visibilē nihil nisi ꝑ creaturā invisibilē dispoñi pōt: tñ oīa corpalia regunt per angelos sicut et motores orbiū asserunt non solum a doctoribꝰ sanctis: ꝟ etiaꝫ a ꝑhīs oībus. Ptꝫ: ⁊ ex eo ꝙ oīa corpora humana movent ab

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

animabus ſicut omnia alia ꝑ coꝛpoꝛa celeſtia ⁊ per ipſoꝛum motoꝛes. Si cui placet videat ſanctum Tho. in. j. parte. q. xc. ar. j. Ex quo concludiť ꝙ qꝛ demones vbi operanť ibi ſunt. Jō qñ fantaſias ⁊ ínteꝛioꝛes potentias ꝓturbant tunc etiaꝫ ibi exiſtunt. Jtē ſz illabi aie illi ſit tm̄ poſſibile qui eam creauit. tñ demones etiam illabi poſſunt deo permittente coꝛpoꝛibus nr̄is. Et qꝛ ꝓto tunc ꝑñt impꝛeſſiones facere in potentias interioꝛes affixas oꝛganis coꝛpoꝛalibus. Jdeoꝛ ⁊ per illas impꝛeſſiones ſicut immutanť oꝛgana ita immutanť operationes potentiaruꝫ modo quo dictū eſt. ꝙ educere ꝑñt ſpecies reſeruatas in vna potentias affixa oꝛgana ſicut ex memoꝛia que eſt in vltima ꝓte capitis educit ſpeciē equi localiter mouendo illud fantaſma vſqꝫ ad mediam partem capitis vbi eſt cellula virtutis imaginatiue ⁊ demum ꝯſequenter vſqꝫ ad ſenſum cōem cuius reſidentia eſt in anteꝛioꝛi ꝓte capitis. Et oīa ſubito ſic immutare ⁊ ꝓturbare ꝑñt: vt foꝛme tales neceſſario eſtimenť. Ac ſi exteꝛioꝛi viſui obj̄cerenť. Exempluꝫ patuit ex naturali defectu in freneticis ⁊ alijs maniacis. Quod ſi queriť: qūo hoc abſqꝫ doloꝛe capitis efficere poſſit facilis eſt reſponſio. Primo quia enim oꝛgana non diuidit nec immutat que ad ipſoꝛum ſubiectum: ſed tātummodo ſpecies mouet. Jtem ſcō o: qꝛ non alterat immittendo aliquam qualitatem actiuam: vnde neceſſario paſſio ſequatur cum ⁊ ipſe in ſe demon omni qualitate coꝛpoꝛali careat: ideo ſine alio ſalia operari poteſt. Jtem tertio qꝛ vt dictū eſt tm̄modo facit trāſmutationes per motū localem a vno oꝛgano ad aliud ⁊ non per alios motus ex q̄bus alterationes leſiue interdum cauſanť Illud ergo ꝙ difficultatem facit ꝙ qꝛ duo ſpiritus nō ꝑñt eſſe in eodem loco puta diffinitiue: ⁊ anima etiam exiſtit in capite qūo tunc demones ibidem exiſtere poſſunt. Dicendū: ꝙ reſidētia anime aſſignať centrū coꝛdis in quo vitaꝫ influendo oībus membꝛis cōicat. Et exemplū datur de aranea ī medio tele que ſentit tactum ex omni parte. Tamen qꝛ dictum Auguſtini in liboꝛo de ſpū ⁊ aīa ꝙ eſt tota in toto: ⁊ tota in qualibet ꝓte coꝛpis Jō dato ꝙ ſit in capite adhuc demō ibi operari pōt: qꝛ alia eſt eius opatio ab opatione aie cū opatio aie in coꝛpe eſt: vt infoꝛmat ⁊ vitā influat: vnde eſt ibi ſicut foꝛma in materia nō ſicut in loco. Demon aūt ſicut in tali ꝓte coꝛpoꝛis ⁊ tali loco immu-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tando ⁊ operando circa ſpecies ſenſibiles: vnde q̃ nulla confu
ſio operationum eſt inter eos. Ideo vtrunq; ſimul in eadē par
te corporis eſſe poſſunt. Ad illud. An tales ſint tanq̃ obſeſſi ⁊
arreptici id eſt a demonibus arrepti eſtimandi: q̃ ſpecialē hoc
vult habere declarationē. An videlicet hoc poſſibile ſit vt ope
re maleficorum aliquis vt obſeſſus a demone. i. q̃ demon eum
poſſideat vere ⁊ corporaliter. Ideo de tali materia ſpecialis
tractabitur modus in capitulo ſequenti: habet enim ⁊ hoc ſpe
cialem difficultatem. An operibus maleficorum id fieri valeat
Ad illud tantummodo An temporalia opera maleficorum ⁊
demonum ſint ad modum miraculorum operum cenſanda: ita
q̃ debeant opera miraculoſa eſtimari. Dicendum: q̃ ſic inquā
tum fiunt preter ordinem nature create nobis note per virtu
tē creature nobis ignote: licet non ſint proprie miracula ſicut
illa que fiunt preter ordinem totius nature create: qualia ſunt
miracula dei ⁊ ſanctorum. Vide que in prima parte operis ſub
quinta queſtione ⁊ reprobatione tertij erroris tacta ſunt vltra
que addenda ſunt hec propter eos qui huiuſmodi opera impu
gnare poſſent quaſi non debeant cenſeri opera miraculoſa: ſed
ſimpliciter opera dyabolica: eo q̃ cū miracula ſint data in cō
firmationem fidei non debent concedi fidei aduerſatio. Tum
etiam quia ſigna antixp̃i dicuntur ab apoſtolo ſigna menda
cia. Sed dicenduz ad primum quod miracula facere eſt donū
gratie gratis date. Vnde ſicut per malos poſſunt fieri homi
nes: ita ⁊ per malos ſpiritus in his videlicet ad que eorum vir
tus extendere ſe poteſt. Vnde etiam diſcernuntur miracula per
bonos facta ab illis que per malos fiunt ad minus tripliciter.
Primo ex efficacia virtutis operantis quia ſigna facta per bo
nos diuina virtute fiunt in illis etiam ad que virtus actiue na
ture ſe nullo modo extēdit: ſicut ſuſcitare mortuos ⁊ hmōi: que
demones ꝓm veritatē facere non pñt: ſed in preſtigijs tm̃: vt ſy
mon magus de mortuo cuius caput agitabat: que diu durare
nō pñt. Scōo ex vtilitate ſignorū: q̃ ſigna per bonos facta ſunt
de rebus vtilibus vt in curationibus infirmitatum: ⁊ hmōi. Si
gna aūt per maleficas facta ſunt de rebus nociuis vel vanis ſi
cut quod volant in aere vel reddant membra hominum ſtupi
da et huius. Et hanc differentiam aſſignat beatus Petrus

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

in itinerario Clemētis. Tertia differentia est ꝯtū ad finē: qꝛ signa bonoꝝ ordinant ad edificationē fidei ⁊ bonoꝝ morum. Sed signa maloꝝ sunt in manifestū nocumentū fidei ⁊ honestatis. Etiam ꝯtum ad modū operandi differūt: qꝛ boni operantur mirabilia per inuocationē diuini noīs: pie ⁊ reuerēter. Sꝫ malefici ⁊ mali quibusdā deliramētis: ⁊ demonū inuocationibus. Aliud etiā nō obstat: ꝙ vꝫ apl̄s opera dyaboli ⁊ antixp̄i nominat signa mēdacia: qꝛ tūc illa mirabilia que fiēt ab eo diuina ꝓmissione sunt vera: ⁊ etiā falsa diuersis respectib⁹. Vera in illis que fiūt virtute demonis: ad que eius virtus se extēdere pōt. Falsa. qū faciet ea ad que sua virtus se non pōt extēderevt suscitare mortuos: illuminare cecos: qꝛ in primo vbi facere attentabit: aut intrabit corpus defuncti: aut illud amouebit. ⁊ loco illius ipse in assumpto corpore ex aere se p̄sentabit. ⁊ sic in secundo prestigiosa arte visum aufert: aut infirmitates alias: et subito sanabit a lesione cessando: non ꝯtitates interiores rectificando: sicut in legenda Barto. ponit. Possunt etiā oīa mirabilia opa antixp̄i ⁊ maleficaꝝ dici signa mendacia: in ꝯtum solummodo ad decipiendū fiunt iam: ⁊ tunc operabit antixp̄s. Hec thomas dist. viij. de virtute demonū in operando. Posset etiam hic adduci differentia miraculoꝝ que ponit in cōpendio theologice veritatis: ⁊ inter mirū ⁊ miraculū: qꝛ cū miraculum ꝓpꝛie quatuoꝛ requirat. s. ꝙ fit a deo: ⁊ ꝙ fit p̄ter existentiaꝫ nature: contra cuius ordinem fit. ⁊ tertio ꝙ fit euidens. ⁊ quarto ꝙ ad fidei corroborationem: qꝛ ergo in operibus maleficaruꝫ primum ⁊ vltimū ad minus deficiunt: ideo mira opera: nō aūt miracula dici possunt. Ea etiam rōne: qꝛ ⁊ si aliquo modo miracula dici possunt: quia tamen quedam sunt supꝛa naturam. quedam contra naturam: quedam pꝛeter naturaꝫ. Et supꝛa naturam sunt illa in quibus non est simile in natura: nec in eius potentia: vt virginem parere. Contra naturam: vt que fiunt vsu contrario nature. terminantur autem ad conforme nature vt ceci illuminatio. Et pꝛeter naturam vt que fiunt ordini simili nature: vt in mutatione virgarum in serpentes: quod natura facere potuisset per longam putrefactionem pꝛopter rationes seminales: sic etiam opera magoꝝ dicētur mirabilia. Rem gestam narrare expedit: ⁊ paululum eius declarationi insistere

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Est oppidum in dyoceſi Argentinenſi:cuius nomen occultare
ordo charitatis ⁊ honestatis postulat. In quo laborator quo-
daz die dum ligna ad comburendum dūtaxat in domo secaret
Latus quidem non parue q̄titatis ipsum molestare ei impor-
tune se obiiciendo nisus est:quem abiendo ecce alius maioris
q̄titatis simul cuz priori acrius ip̄m aggrediuntur:quos ite⁊
vbi repellere volebat ecce tres pariter:⁊ iam versus vultum sa-
liendo:iamq; inter tybias morsibus lacerando ipsum aggredi
untur. Perterritus inde:⁊ vt retulit maiori anxietate nunc̄
perplexus signo crucis se muniendo:⁊ opus pretermittendo q̄
incisa ligna catos ifestos:⁊ modo ad facie̅:modo ad guttur de
nuo saltantes iam vnam ad caput:iam alteram ad pedes: aut
super dorsum percutiendo vix abegit. Et ecce post horę spaciū
dum iterum suo opere insisterer:duo famuli oppidi consulum
tanc̄ malefactorem ipsum capientes:ad presentiam baliui seu
iudicis ducere volebant, qui iudex a longe ipsum aspicie̅s:nec
audientiam sibi prestare volens:imperat vt ad profundum cu
iusdam turris seu carceris vbi plectendi includebantur ad mor
tem proiiceretur. Eiulans ille:⁊ cur talia pateretur:cum in nul-
lo crimine se conscium agnosceret:per triduum custodibus car
ceris querulose lamentabatur. Et hi quidem quāto pro audie̅-
tia sibi prestanda amplius instaret. Tanto acrius iudex ira se-
niebat verbis cotumeliosis:asserens qualiter ⁊ quomodo tan-
tus maleficator adhuc reatum suum non agnosceret:aut quo-
modo se innocentem proclamaret:cum euidentia facti eius fla
gitia horrenda demonstrarent. Et cuz hi nil proficerent:tame̅
suasu aliorum consulum iudex inductus audientiam sibi pre-
stare habuit. Eductus itaq; de carcere:cum ante iudicem staret
⁊ iudex ipsum intueri renueret pauper genibus aliorūz circun
sedentium:prouolutus petiit vt causa sue calamitatis sibi aperi
retur. ficq; iudex hec verba prorupit. Tu scelestissimus hominū
quomodo tua flagitia non recognoscis? Ecce tali die ⁊ tali ho
ra tres matronas:precipuas huius ciuitatis vulnerasti: vt in
lectis decumbentes:nec surgere aut mouere se valeant. Refo-
cillatus pauper ⁊ de die ⁊ hora ac de euentu rei apud se rumi-
nans:dixit. En diebus vite mee mulierem nunc̄ percussi aut
verberaui:⁊ quod tali die ⁊ hora sectioni lignorū institi: testiū

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

legitima productione probabo. Sed ꝛ vestri familiares sequē
ti hora huic operi me insistentem comparuerunt. Tunc iterum
furibūdus iudex. Ecce ait qūo scelera sua palliare nititur. Mu
lieres verbera deplangunt: demonstrant: ꝛ ꝙ eas percusserit pu
blice testantur. Tunc pauper amplius super euentum rei rumi
nans. Illa inquit hora creaturas me percussisse recolo: non au
tem mulieres. Attoniti circunsedentes: ꝛ vt cuiusmodi creatu
ras percusserit reserari cupiunt. Tunc ille rem gestam ꝛ prout
supra tactum est: omnibus stupentibus recitauit. Et intelligen
tes opus demonis fuisse: pauperem solutum ꝛ illesum abire: et
ꝙ negocium nulli reuelaret precipiunt. Sed nec a fidei zelato
ribus qui ꝛ interfuerant euentus occultari potuit. super quem
modum ali qua differendo. An ne demones in assumptis sic
effigiebus absq; presentia maleficarū apparuerunt. aut earum
corporalis presentia prestigioso artificio in bestiales illas for
mas transmutata fuerit. Respondendo concludere oportet ꝙ
licet vtrunq; virtute demonum fieri possit: ipsum tamen secun
dum fuisse amplius presumitur. Nam motum localem vbi de
mones in effigiebus catorum laboratorem inuaserunt: etiam
laboratoris ictus ꝛ verbera catis illata mulieribus in domo
residentibus subitoꝛ per aerem inferre potuisse: ꝛ hoc propter
pactum mutuo dudum initū nemo dubitat. Sic enim ꝛ lesionē
vel puncturam quam inferre volunt: sciunt alicui imagini depi
cto vel fuso: vbi aliquem maleficiare volunt: quod non illi ima
gini sed illum quem presentare habet iuxta puncturas super
imagines factas ledunt: varia super hunc modum gesta dedu
ci possent. Nec valet instantia si qs obiiceret illas mulieres sic
lesas fortassis fuisse innocentes: eo ꝙ per exempla tacta lesio
nes etiam innocentibus posse contingere patet. Dum aliquis
ignoranter per imaginem quomodo scelera sua pallare nititur
Mulieres verbera deplangunt: demonstrant: ꝛ ꝙ eas pcusse
rit publice testātur. Tunc pauper amplius super euētum rei ru
minans Illa inquit hora creaturas me percussisse recolor: nō
autem mulieres. Attoniti circunsedentes: ꝛ vt cuiusmodi crea
turas percusserit reserari cupiunt. Tunc ille rem gestam ꝛ put
supra tactum est omnibus stupentibus recitauit. Et intelligen
tes opus demonis fuisse pauperem solutum ꝛ illesum abire: et

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ꝙ negotium nulli reuelaret precipiunt. Sed nec a fidei zelato
ribus qui ꝛ interfuerant euentus occultari potuit super quem
modum aliqua differendo. An ne demones in assumptis sic
effigijs absq; presentia maleficarum apparuerunt: aut earum
corporalis presentia prestigioso artificio in bestiales illas for-
mas transmutata fuerit. Respondendo concludere oportet:
quod licet vtrunq; virtute demonum fieri possit: ipsum tamen
secundum factum fuisse amplius presumitur. Nam motum lo
calem vbi demones in effigiebus catorum laboratorem inua-
serunt etiam laboratoris ictus ꝛ verbera catis illata mulierib⁹
in domo residentibus subito ꝛ per aerem inferre potuisse: hoc
propter pactum mutuo dudum initum nemo dubitat. Sic em̄
ꝛlesionem vel punctura quam inferre volūt sciunt alicui ima-
gini depicto vel fuso vbi aliquem maleficiare volunt: quod nō
illi imagini sed illum quem presentare habet iuxta puncturas
super imagines factas ledunt. Varia super hunc modum ge-
sta deduci possent. Nec valet instātia si quis obīceret illas mu
lieres sic lesas fortassis fuisse innocentes eo: quod ꝛ per exem-
pla tacta lesiones etiam innocentibus posse contingere patet.
Dum aliquis ignoranter per imaginem artificialem a malefi-
ca leditur instantia non valet: quia aliud est a demone per ma
leficam ledi: ꝛ aliud per ipsum demonem absq; malefica: quia
demon per se in effigie animalis tunc verbera suscipit quando
alteri sibi per pactum coniuncto infert. Et quando cum eius
consensu ad talem apparitionem sub tali forma ꝛ modo se in-
gessit. Unde sic tantummodo nocios ꝛ sibi per pactum con-
iunctos nocere potest: ꝛ nullo modo innocentes. Per malefi-
cas autem vbi demones ledere querunt tunc etiam innocentes
permissione diuina invltionem tanti criminis sepe affligunt:
verum quod etiam demones per se interdum deo permitten-
te ꝛ innocentes ledunt ꝛ dudum. Job sanctissimum leserunt ſꝫ
vbi non fuerunt nec vsus fuit dyabolus huiusmodi prestigio-
sis apparitionibus: prout in tali facto ꝛ per tale fantasma cati
q̄ aial pfidoꝝ est appropriatū signum: sicut canis p̄dicatoruꝫ
in scripturis. Unde semper mutuo sibi insidiantur. Et ordo
p̄dicatorum sub figura catuli latrantis in primo fundatore

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

aduersus hereses ꝑmonstratus fuit. ¶Presumit aũt ꝙ per scdm modum malefice ille tres laboratorẽ inuaserũt: tum ꝙ primus modus nõ tñ eis placuisset: tũ qr scõs eaꝫ curiositati magis cõgruit. In quo etiã talis ordo circa tria seruatus fuit. ¶Prio quo ad demonũ instantiã sollicitate sup hoc fuerũt: ꝛ non demones ad ĩstantiã maleficaꝫ. Sic eñ sepissime ex eaꝫ fassionibꝫ reptũ est a nobis ꝙ ad instantiã demonum eas continue ad mala perpetranda infestantes: plura habent facere. Et verisimile ꝙ de se non cogitassent pauperez molestare. Causa aũt quare demones ad hoc sollicitabant fine dubio extitit: ꝙ qr bene noscunt vbi crimina manifesta impunita remanẽt amplius deus offenditur: fides catholica dehonestaꝫ: ꝛ ipsaꝫ numerus amplius augmentaꝫ. Scõo. habito eaꝫ consensu demones eaꝫ corpora localiter transtulerunt: ea facilitate: qua ꝛ spũalis virtus ꝑstantior corporali existit. Tertio. ꝙ ꝑstigiosa apparitione mõ. quo supra tactum est in formas illas bestiales conuerse ipm laboratorem inuadere habuerunt: nec defense a verberibꝫ: sicut vtiqꝫ ea facilitate: qua translate fuerant: eas defendere potuissent: ꝛ verberari ꝛ verberatorem manifestari permiserunt scientes illa flagitia per effeminatos viros nullum zelũ fidei habentes. remanere ob causas pretactas impunita. Alludit quod legiꝫ de quodam sancto viro: qui dum semel predicantem dyaboluz in forma sacerdotis deuoti in ecclesia repperisset: ꝛ per spiritum ipsum demonẽ agnouisset esse: verba sua obseruauit: ꝛ an bene vel male ppm informaret attendebat. Et dum ipsum irreprehensibilem: ꝛ potius criminum obiurgatorem perpendisset: finito sermone accersito dum causam super his quereret respondit. Ecce veritatem dico: sciens quod dum auditores sint verbi ꝛ nõ factores: amplius deus offendiꝫ: ꝛ lucrũ meũ augmentaꝫ.

¶De modo quo demones per maleficarum operationes homines interdum substantialiter inhabitant.

¶Capitulum nonũ.

QUia in ꝑcedenti capitulo tactum est qualiter demones etiã capita hoim aut alias ptes corporis occupare ꝛ intrare ꝛ spẽs ĩteriores de loco ad locũ mouere possunt. Dubitare quis posset. An ne ex toto hoies ad instantiam maleficaꝫ obsidere possent

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Et de diuersis modis obsidēdi absq; maleficarum instantia. Unde pro harum declaratione tria sunt declaranda. Primo. de diuersis modis possidendi. Scdo. q; ad instantiam maleficarum diuina permissione demones interdū omnib⁹ illis modis possidēt. Tertio. acta ⁊ gesta sup hec sunt deducēda. Quo ad primum: secluso illi generali modo quo diabolus hominez cum quolibet pctō mortali inhabitat. De quo modo sanctus Tho. quol. iij. q. iij. sub dubio. An diabolus semper substātialiter inhabitat hominem q̄ncūq; peccat mortaliter. Causa dubitationis eius fit: q; cū spūssctūs semp inhabitat hoiem cum gratia iuxta illud. j. ad Chorin. iij. Templum dei estis: ⁊ spūs dei habitat in vobis: ⁊ gratie opponit culpa: ⁊ oppositа habent fieri circa idem. Ubi etiam declarat q; q; inhabitare hominem pōt intelligi dupliciter. Uel q̄tum ad aiam: vel q̄tuz ad corp⁹, ⁊ primo modo cū non est diabolo possibile inhabitare aiam: eo q; solus deus menti illabitur. Hec iterū diabol⁹ ita est causa culpe: sicut spūssanctus efficit in aia p se operando Ideo silitudo non valet. Quantū vero ad corpus dicere possumus q; dupliciter diabolus pōt inhabitare hoiem: sicut etiaz dupliciter hoies pariuntur: vel in pctō vel in gratia exīstētes. Dño modo. dicere oportet q; quia ex quolibet pctō mortali homo seruituti diaboli additur: inquantum diabolus interdum exterius suggessit pctm̄. vel quantum ad sensum: vel quātum ad imaginationem. Ideo dicit inhabitare affectum hoiscum ad quēlibet motum tentationis mouetur: sicut nauis in mari sine gubernatione. Potest etiam diabolus hoiem substātialiter inhabitare: sicut patet in arreptis. ⁊ q; hoc magis pertinet ad rōnem pene q̄ culpe: vt patebit. Et pene corporales non semper consequuntur culpam: sed q̄nq; peccantib⁹: et non peccantibus inferūtur. Ideo ⁊ in gratia ⁊ extra gr̄am exīstentes ꝑm altitudinē incōprehēsibilium iudiciorum dei inhabitare substantialiter possunt. ⁊ hic modus possidēdi: lz non sit nostre speculationis: ponitur tamē ne alicui impossibile videatur: q; etiam dei pmissione hoies a demonibus ad instantiam maleficarum substātialiter interdum inhabitant. Possumus ergo dicere q; sicut quinq; modis demones per se absq; maleficis homines ledere ⁊ possidere possunt: ita ⁊ omnibus

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

illis modis ad instãtiam maleficarum: cuz extũc sicut amplius deus offendit. ita ⁊ maioz seuiendi in hoies p maleficas demoni permittit facultas. ⁊ modi pfunctorie recitãdo. hi sunt dẽpto eo qp vexant aliqñ in bonis fortune exteriorib⁹ qp aliqñ etiam aliquos in pprijs ledũt tñmodo corpib⁹ aliqñ in corpibus simul ⁊ in potẽtijs interiorib⁹. Aliqñ solum tentant int⁹ ⁊ extra. Alios vsu rõnis ad tps priuãt. Alios velut bestias irrationales reddũt. De singulis dicam⁹. Sed prius quinqz causas ppter quas deus pmittit hoies possideri pmittam⁹: qz habẽt ordinẽ seruare materia postulat. Naz aliqñ quis possidet pro maiori suo merito. Aliqñ p alieno leui delicto: aliquando p suo veniali pctõ. aliqñ p graui pctõ alieno. aliqñ p magno facinore pprio. Et his oibus de causis nulli dubiũ quin ⁊ de⁹ ad instantiã maleficarum p demones etiam fiẽria interduz permittat: ⁊ singula ex scripturis: ⁊ non p noua gesta tñ pbare expedit: cũ semp noua p antiqua roborãtur. Nam de pmo patet in dialogo. Seueri beati martini charissimi discipuli. vbi fertur quendam patrem sanctissime vite tanto dotatuz in gratia expellendi demones: vt hi nedum verbis proprijs fugarentur: sed etiã eiusdem patris epistolis ⁊ cilicio. ⁊ cum coram mundo pater esset celeberrim⁹ se tentari sensit vana gloria cui vitio licet viriliter resisteret: tñ vt humiliaretur amplius totis precordijs deum pcabat. quaten⁹ quinqz mensibus a demone possideretur: qõ ⁊ factum est. Nã eum statim possessum vinculari oportebat: ⁊ oĩa applicare sibi demoniacis cõmunia. Finito autẽ quinto mense prorsus ⁊ ab omni vana gloria: ⁊ a demone liberatus est. Sed qp hac de causa qs p maleficiũ alterius posset a demone possideri: sicut factum fuisse non legitur Ita nec ad presens affirmatur: lz vt premissum est incõprehensibilia sint dei iudicia. De secundo autẽ. qp ex alieno leui delicto aliquis possidetur. ponit exemplum beatus Gregorius de beato eleutherio abbate viro simpliciss̃imo: q cum ppe monasterium virginum pernoctaret: ⁊ ignoranti ordinauerunt ad suam cellã poni paruulum puerũ qui omni nocte vexabatur a demone. Sed eadem nocte demone liberatus est ad patris psentiã. Dic cum rẽ didicisset gestã: ⁊ puer iam positus esset in monasterio sancti viri, ⁊ transactis multis dieb⁹ paulo immo

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

derate letus de liberatione pueri: ait ad cōfratres suos. Diabolus sibi cū illis sororibus iocabatur. Sz vbi ad seruos dei venit puerum hūc accedere non pūsumpsit. Et ecce statim diabolus puerū vexare cepit. Et p lachrymas ⁊ ieiunia sancti viri ⁊ cōfratrum difficulter. sz eodē die liberatus fuit. Et quidā vbi ex alieno ⁊ leui delicto qs innocens possidet. Nō mirum si propter veniale pprium. aut ppter graue alienum peccatum aut etiā ppter pprium facinus aliq etiā ad maleficarū instantiam p demones possidētur. Nā ⁊ de pprio veniali pctō patet p cassianū collā. abba. sereni prima: dicentē de moyse. Moyses inqt in heremo cū singularis ⁊ incōparabilis vir esset ob reprehēsionē vnius sermonis qué cōtra abbatē macharium di sputās paulo durius ptulit quādā scz opinionē preuēt⁹ dico cō festim tradit⁹ est demoni: vt humanas egestiones ori suo ab eo supplet⁹ ingereret. Quod flagellū purgatiōis gīa dñs intulis se videt: ne. s. in eo vel momētanei delicti macula resideret: patuit ex miraculosa curatiōe. Nā cōtinuo abbate machario in oratione submissa citi⁹ nequā spūs ab eo fugatus abscessit. Sic̄ videtur huic qđ Gregorius primo dialo. refert de moniali: q̄ lactutam comedit: non priⁿ signo crucis se muniēs: ⁊ p beatuz Equitium patrem liberata. De quarto etiā: videlz pro alieno graui pctō aliquem possideri ibidem refert beatus Gregori⁹ de beato Fortunato epō: qui dum diabolum ab obsesso homine ppulisset fero: idē demon in specie peregrini p plateas ciuitatis clamare cepit. O virum sanctum fortunatum episcopū. Ecce de hospitio me peregrinuz piecit: nec vbi quiescam inuenio. Tunc q̄dā cū vxore sua ⁊ filio sedens peregrinū inuitauit suum ad hospitiū: ⁊ querendo causam expulsionis est gauisus super derogatione sancti viri: quaz a peregrino ficte audiuit. Exinde aūt diabolus puerum inuasit ⁊ prunis iniecit: ac animam eius excussit. Sicqz pater miser primum quem recepisset hospitio intellexit. Et de quinta causa proprij facinoris ⁊ magni communiter: tam in sacra scriptura q̄z in sanctorū passionalibus legimus. Naz ⁊ sic. j. Regū. xv. Saul inobediēs deo possessus est. Que omnia vt diximus tacta sunt ne impossibile cuiquā videatur: ne ob facinorū maleficarū vt aliqui etiā ad earum instantiaz possideantur. Sup quo vt diuersos modos

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

possidẽdi intelligere valeamus. quo ad scõam rem gestam in medium producamus. Tpe siquidem Pij pape secũdi ante iu nctũ inquisitionis officiũ vni e duobus inqsitoribꝫ talis accidit casus. Bohemus qdã de dachono oppido filiũ vnicum ꝛ sacerdotem seculare ob liberationis gram: qz obsessus erat. Romam vsqz perducit. A casu autem dum ego vnus ex inquisitoribꝫ hospitium refectionis gra intrassem cõtigit: vt tanqz cõmẽsalis idẽ sacerdos cum patre ad tabulá pariter mecũ cõsederẽt. Cõueniẽtes autem ꝛ mutuo vt moris forẽsium est conferentes. Idẽ pater pluries suspirãs. Et qꝫ prosperũ iter cõpleuisset a deo oipotẽti optabat: cui ex intimis cõpatiẽdo: qnaz sui itineris ꝛ cã tristicie esset inqrere cepi. Tũc ille filio audiẽte q ꝛ mihi collateralis in mẽsa erat rndit. Deu filiũ habeo a demone obsessum quẽ ob liberatiõis gram magnis laboribꝫ ꝛ impẽsis hucusqz pduxi. Et ego. Ubinã filius esset dñi inquireret: qꝫ mihi collateralis esset indicauit. Atterritus ego paululum ꝛ diligẽter ipm intuẽs: qꝫ cum tãta modestia cibũ sumeret: ꝛ ad queqz interrogata pie respõderet. Hesitare aĩo cepi qꝫ obsessus non esset: sed infirmitatis causa sibi aliqd accidisse obieci: tunc filius rẽ gestã p se narrans: ꝛ qualiter quãtoqz tpe obsessus fuisset indicauit. Mulier inquit qdam malefica hãc mihi infirmitatẽ contulit: briganti em̃ contra eã ratione cuiusdam discipline circa regimẽ curie cum eã durius increpassem qz ceruicose volũtatis erat dixit: qꝫ post paucos dies haberem intẽdere bis q mihi contingerent. Sed ꝛ demon in me habitans hoc idem refert: qꝫ maleficiũ sub quadã arboze positũ sit a malefica: qõ nisi amoueat nõ potero liberari: sz nec arbozez vult indicare. At ego nec minimã suis dictis fidẽ adhibuissez: nisi experientia me protinus edocuisset. Nam interrogatus a me de interuallo tẽporis: vt preter consuetum moduz obsessorum tante sue rationis esset capacitatis. Respondit: vsu rõnis tantummodo priuor qñ diuinis aut vacare aut sacra loca visitare voluero: precipue autem demon ex suis verbis per me prelatis dixit. Quod sicut maiorem displicentiam hactenus i sermonibus ad populum sibi feciset: ita vt nullo modo me predicare sineret: gratiosus enim ex relatu patris predicator extitit: ꝛ omnibus amabilis. At ego inquisitor cum de singulis

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ertificari volebam.per quindenam ꝛ vltra ad varia ſanctoꝝ
limina ipſum deducere decreui. Precipue autem ad eccleſiam
ſancte praxedis virginis:vbi pars ſtatue marmoree cui in ſua
flagellatiõe ſaluator noſter alligatus fuerat:ꝛ ad locũ in quo
petrus apoſtolus crucifixus fuerat:i quibus locis horribiles
eiulatus dum exorcizabatur emittebat:iam aſſerens ſe velle
exire:poſt paululum vero minime. Et vt premiſſum eſt in om
nibus moribus manſit ſacerdos compoſitus ꝛ ſine omni no
ta:niſi dum exorciſmi incipiebantur:ꝛ illis finitis dum ſtola
de collo amouebatur:ex tunc iterum nec minimum irratione
bilem aut inhoneſtum motum demõſtrabat. Hoc dempto dũ
eccleſiam aliquam pertranſeundo genua pro ſalutatione vir
ginis gloriose flectebat. Tunc diabolus eius linguam in lon
gum extra os ſuum emittebat. Et interrogatus:an non ab il
lo ſe poſſet continere:reſpondit. Hoc facere minime valeo:ſic
enim vtitur omnibus membris ꝛ organis collo.lingua. pul
mone:ad loquendum vel eiulandum dum ei placet. Quod au
dio quidem verba que ſic per me:ꝛ ex membris meis loqtur:
ſed reſiſtere omnino non valeo:et quando deuotius oratione
aliqua inſiſtere affectarem:tanto acrius me impugnat linguã
emittendo. Et quoniam columna in eccleſia ſancti petri in tẽ
plo ſalomonis circunferrata exiſtit:per cuius virtutem plures
licet a demonibus obſeſſi liberantur:eo ꝙ ꝛ chriſtus predicã
do in templo illi ſe appodiaſſet:hic tamen occulto dei iudicio
liberari non potuit. Alium moduz pro ſua liberatione ſibi di
ſponendo:licet enim per integrum diem ꝛ noctem circa colũ
nam incluſus manſiſſet:tamen ſequenti die poſt varios exor
ciſmos ſuper eum perlectos dum circunſtaret populus:ꝛ ma
gnus fieret concurſus. Et interrogatus in qua parte columne
ſe xps appodiaſſet:tunc dentibus mordendocolumnam locũ
demõſtrabat eiulans. Hic ſtetit hic ſtetit. Ultimatim tamẽ di
xit, Nolo exire. Et cum interrogaretur.qua de cauſa. Reſpon
dit propter lombardos. Et interrogatus denuo, Cur propter
lombardos egredi nollet, Tunc rñdit in italica lingua cuz tñ
infirmus ſacerdos illud idioma ignoraret dicẽs. Oẽs faciunt
ſic ꝛ ſic nominando peſſimuz vitium luxurie. At ſacerdos poſt
hoc me interrogãdo dixit. Pater q̃d ſibi volunt hec ꝟba ita

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

lica que ex ore meo protuli. Cui cum indicasset respōdit. Verba quedam audiui sed intelligere non potui. Et qr vt rei pbauit euētus hoc demonium erat de genere illo de quo saluator in euangelio. Hoc genus demoniorum non ejcitur nisi ī oratione r ieiunio. Ideo quidam venerabilis episcopus per turchos vt fertur a sede expulsus pie illi compatiēs per totū quadragesimale tempus in pane r aqua ieiunijs r orationibus et exorcismis quotidie insistens ipm per dei gratiam tandem liberauit: r ad propria cum gaudio remisit. Super quo lz sine miraculo nullus in hac vita possit sufficienter disserere quibꝰ r quot modis demon hoies possideat vel etiam ledat. Possumus tñ dicere ꝙ quinqz modis: dempto eo ꝙ in rebus fortune exterioribus: aliqñ tñ ledunt. Nā aliqui in ppijs tantummodo vexantē corporibꝰ. aliq in corpore simul r in potētijs interioribus. aliqui in potentijs tantummodo interioribus: aliqui castigatione eor ad tempus tantummodo vsu rōnis priuantur. Aliqui vero velut bestie irrōnales reddunt. Prefatuz sacerdotē quarto modo possessum fuisse declarat. Naz nec in rebꝰ fortune: nec in proprio vexatus corpore fuit: prout contigit beato Job vbi deꝰ demonem licētiasse manifeste scripturā super hoc tradidit: dicens ad sathā. Ecce vniuersa que habet in manu sua sunt: tñ in eo ne extēdas manum tuam: r hoc in res exteriores. In corpus vero postmodum ait. Ecce in manu tua est: verumtamen aīam eius serua. i. vitam eius ne auferas. Potest etiā dici ꝙ tertio modo. s. in potentijs aīe interioribus simul r corpore vexatus fuit cum dicebat: vt Job. xij. habetur Ad dominum si dicitur: consolabitur me lectulus meus r releuabor loquens mecuz in stratu meo: terrebis me per somnia: r per visiones horrore cōcuties demone: scilz procurante ꝑm Nicolaum de lyra r ꝑm Tho. Terrebis me ꝑ somnia: que scz dormienti apparēt: r ꝑ visiones ꝙ. s. apparent vigilanti ab vsu exteriorum sensuuz alienato. solent em̄ fantasmata informata diurnis cogitationibus esse in terrorem dormientiñ. Et hec reprobantur in eo ex infirmitate corporis. Unde sicut consolatione vndiqz secluſa nil remedij videbatur. Job euadendi tot angustias nisi ꝑ mortem: horrore inquit concuties. Quibꝰmodis r malefice homines ledere ꝑ demones nemo dubitat: put

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ꝛ in ſequentibus patebit qualiter per grandines in rebus fortune ꝛ in corpora aialiū ꝛ hominum leſiones inferunt. Et tertius etiā modus ledendi eſt in corpore: ꝛ in interioribus potētijs abſq; priuatione vſus rōnis. Patet ex earum opationib⁹ vbi vt ſupra tactum eſt adeo mētes hoīm ad illicitas affectiones incēdunt: q̄ neceſſario etiā nocturno tpe ad amaſias p longa terrarū ſpacia currere habēt: fiſco carnalis amoris nimis illaqueati. Poteſt adduci ꝛ illō quod i haſſia oppido margburck contigiſſe dicit de quodam obſeſſo etiā ſacerdote: dum in exorciſmis demon interrogaret quanto tēpore ſacerdotem inhabitaſſet? Rñdiſſe fertur ſeptē annis. Et cum exorciſta obij ceret. Cum vix per tres menſes eū vexaſti. reliquo tēpore vbi eras. Rñdit. In corpore ſuo me occultabā. Et ille. In qua parte corporis vbi inquirebat? Rñdit vt plurimum in capite. Et denuo: vbinam fuiſſet q̄ diuina celebraſſet ꝛ ſacramētū ſumpſiſſet requiſitus dixit. Sub lingua eius me occultaui. Et ille miſer. qua temeritate ad p̄ſentiaz creatoris tui non aufugiſti. Tunc demon. Nunq̄d ſub pōte ſe neq; occultare poteſt donec deſup vir ſanctus ptranſibit: dummodo greſſus non fixerit: diuina tñ cooperante gratia liberat⁹ fuit: ſiue verū ſiue ficticiuz protulerit cum mēdax ſit ꝛ pater eius. Quart⁹ modus applicatur ad prefatū poſſeſſum rome liberatū ſub hac declaratione: q̄ demon poſſit illabi corpori: lz non aīe. cum hoc ſoli deo ſit poſſibile: illa etiam corpori: non tñ infra terminos eſſentie corporis. hoc inq; declarat terminos eſſentie corpis. hoc inq; declarando haberur modus quo demones ſubſtantialiter interdum homines inhabitāt: ꝛ ad tēpus tm̄modo vſu rationis priuant. Et quidem hoc ſic declaratur. Nam dicere poſſumus q̄ corpus habet terminos duplicis rationis. ſ. quantitatis et eſſentie. Unde quando angelus quicūq; bonus vel mal⁹ operatur infra terminos corpalis quantitatis. Et ſic etiam illabitur corpori: operando circa potentias quantitatiuas: ſic etiaz boni angeli etiam imaginarias in bonis viſiones operantur. Nunq; autem dicuntur illabi eſſentie corporis: qr nō poſſunt illabi vt pars: neq; ſicut virtus. Non ſicut pars: quia alia et alia eſt eſſentia vtrobiq;. Non ſicut virtus quaſi dans eſſe: qr ſuum eſſe habet per creationez a deo. Unde ꝛ ipſe ſolus habet

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

intrinsecam essentie operationē ⁊ conseruationem q̄diu placi
tum fuerit sue pietati cōseruando. Unde ꝯcluditur q̄ alie oēs
perfectiones seu defectus loquēdo de bonis quo ad pfectiōes
scz de malis quo ad defectus quando opantur: si operātur cir-
ca corpus ⁊ partes eius: vt circa caput. illabuntur tali corpo-
ri super terminos: videlz quantitatis ⁊ quantitatiuas poten-
tias. Si vero circa aīam: tunc iterum vterq̄ extrinsece opatur:
sed modis diuersis. Et dicunt opari circa aīam fantasmata il-
la seu species intellectui repsentādo: ⁊ nō solum ad iudiciū sen
sus cōmunis ⁊ sensuū exteriorꝝ. Ex q̄bus operationibus sequū
tur tētationes a malis angelis: ⁊ affectiōes ⁊ cogitatiōes ma-
le per indirectum operando versus intellectū. A bonis autem
angelis sequuntur illustratiōes fantasmatum ad cognoscēdū
reuelādo ab eis. vnde ⁊ talis diuersitas est q̄ boni angeli etiā
directe possunt imprimere in intellectum fantasmata illustran
do. Mali autem neq̄ illustrare dicuntur fantasmata: sed pri⁹
offuscare. Item nec directe imprimere possunt: sed tantūmodo
indirecte: inquantum intelligentem necesse est fantasmata spe-
culari. Per hec tamen etiā angelus bonus nō dicit illabi aie:
lz eam illuminet. Sicut nec dicitur superior angelus illabi in
inferiorem: licet eā illuminet: sed tm̄modo extrinsece operat ⁊
cooperatur modo quo dictum est: vñ multominus malus illa-
bi potest. Et p hunc modum demon sacerdoti corpus in trib⁹
occupauit. Primo q̄ sicut illabi suo corpori potuit infra: vide
licet terminos corporalis quantitatis: ita caput suum occupa
uit substātialiter illud inhabitando. Secundo: q̄ circa animā
eius extrinsece operari potuit: offuscando intellectuz vt ratio-
nis vsum perderet. Ita etiam potuit vt sine intermissione vel
etiam interpellanti eum quo ad amissionem rationis vexaret.
Licet etiam dici potest q̄ ex dono dei hoc habuerit sacerdos:
vt non sine intermissione a demone vexaretur. Tertio: q̄ licet
omnibus membris ⁊ organis ad loquendum: ⁊ voces ad for-
mandum priuaretur: semper tamen ad verba lz nō ad sniam
verboꝝ aduertētiā habuit: q̄ mod⁹ obsidēdi plurimū ab alys
obsidēdi modis differt: cū cōiter obsessi legūt sine itermissiōe
a demonib⁹ affligi: vt ptz i euāgelio tā de lunatico cui⁹ pr̄ di-
xerat ad iesum. Dñe miserere filio meo: qz lunatic⁹ est ⁊ male

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

patif. Math. xvij. & etiã de muliere illa quã sathanas alligauerat. xviij. ãnis: ⁊ erat inclinata: nec oĩno poterat sursum aspicere. Luce. xiij. Quibus etiaz modis indubie demones diuina permissione ad instantiã maleficaz vexare possunt.

¶ De modo quo omne genus infirmitatis inferre possunt. Et hoc in generali de grauioribus.

Sed ⁊ hoc q̄ nõ sit aliqua ifirmitas corpalis que a maleficis deo pmittẽte inferri nõ possit. Etiã si ad lepraz vel epilensiã se extendere hẽat. Probari põt p hoc q̄ per doctores nullũ genus infirmitatis excipit. Nã diligenter ea que superius tacta sunt tã de virtute demonũ & ad maliciam maleficaz considerant nullam patit hoc difficultatẽ Nam ⁊ nider tam in suo p̄ceptorio & etiã formicario: vbi querit. An malefici possint veraciter suis maleficijs hoies ledere. Et est qõ absq; exceptione alicuius infirmitatis etiã & tumcũq; incurabilis. Et vbi rñdit q̄ sic: q̄rit ꝑñr q̄bꝰ modis ⁊ q̄bꝰ rebꝰ. Et quo ad primũ rñdit vt. s. ex prima qõne prime ptis tractatꝰ patuit. Probat etiam per Isidoz describentẽ maleficaz opationes. viij. ethi. ca. ix. Malefici dicunt ob facinoz magnitudinẽ hi eñ elemẽta ꝓcutiunt. s. ope demonũ ad tẽpestates ꝓcitãdas mentes hoim turbãt modis vcz. s. tactis vsum rõnis vel oĩno impediẽdo aut grauiter offuscãdo subdit: ⁊ absq; vllo veneni hausturiolentia tm̃ carminis aias interimũt vitã vcz auferẽdo Probat etiaz per sanctũ Tho. in. ij. sen. circa dist. vij. ⁊. viij. Et in. iiij. di. xxxiij. Et cõiter per oẽs theologos ibidẽ scribentes q̄ malefici oibus modis p̄nt ꝓcurare lesiones in hoĩbus ⁊ eoz rebus coopante demone in q̄bus demon põt solũ ledere vel decipere vcz in rebus fama corpore, vsu rõnis ⁊ invita vult dicere q̄ in istis in q̄bus demiõ per se absq; malefica possit ledere possit etiam cũ malefica: immo ampliori facilitate ꝑpter maiorem divine maiestatis offensionẽ vt supra tactũ est. De rebus nãq; ptz Job. j. ⁊. ij. vt. s. patuit. De fama ptz in legenda beati Hieroni. vt refert. Jo. an. in hierominiano: q̄ dyabolus se trãsformauit in formã sancti siluani epi in nazareth amatoris hieronimi. Qui demon primo feminã nobilem nocte in lecto ꝓcare ⁊ puocare cepit ad luxuriam verbis: ⁊ deinde factis sollicitauit ad malũ: que cũ clamaret demon sub specie sancti epi sub lecto

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

mſne ſe abſcondit: vbi requiſitus ⁊ inuentus per luxurioſa verba ſe mentitus eſt eſſe ep̄m ſiluanum. Jn craſtinum igitur ſanctus vir diſparente dyabolo diffamatus eſt grauiſſime que diffamia tandem circa ſepulchrum ſancti hieronimi ſauente dyabolo in obſeſſo corpore purgatus eſt. De corpore patet in beato Job. qui p̄cuſſus fuit a demone: vlcere peſſimo q̄d exponit̄ de lepra. Refert etiā Sigibertus ⁊ Vincentius in ſpec. hyſto. li. xxv. c. xxxvij. q̄ tpe Ludouici ſc̄di īpatoris ī prochia magūtina q̄dam demon p̄rio ſepe lapides iecit ⁊ quaſi malleo ad domos p̄cuſſit. Et deinde publice loquendo furta p̄dēdo ⁊ diſcordias ſeminando plures inquietauit. Deinde oēs ꝫ vnum irritauit cuius hoſpitium vbicūq; manebat incēdit. Et ob illius peccata oēs pati affirmauit. Unde tandē agros p̄ hoſpitio habere potuit ꝓpter q̄d cū p̄ſbyteri letanias celebrarent multos iactib⁹ lapidū demon vſq; ad cruentationem leſit aliq̄n̄ quieuit: aliq̄n̄ ſeuit: ⁊ per trienniū iſta ꝯtinuauit quouſq; oīa edificia ibi incēdio ꝯſumpta ſunt. Jt̄ē de nocumento vſu rōnis ⁊ vexatione interioꝝ ſenſuum probat̄ ex poſſeſſis ⁊ arrepticijs per euāgelicas etiam hyſtorias. Jt̄é de morte ⁊ q̄ devita etiam quoſdam p̄riuat. Vñ ⁊ Thobie. vj. de ſeptem viris ſare virginis occiſis quip̄ pter luxurioſum affectum ⁊ effrenem appetitū in virginē ſaram eiuſdē non erant digni matrimonio. Quare concludit̄: q̄ ſicut per ſe ita ⁊ amplius per maleficas in oībus nihil dempto hoī⁹ bus nocere p̄n̄t. Uerūvbi querit̄. An hmōi leſiones ſint potius demonibus aut maleficis imputande? Rñdetur: q̄ ſicut p̄pria ⁊ immediata actione demones operant̄ infirmitates immittē do: ita ⁊ ipſis principaliter ſunt imputande: ſed quia in contemptum et offenſam creatoris ſimul ⁊ in perditionem animarum querunt huiuſmodi per maleficas exercere: ſcientes quod per talem modum ſicut deus amplius irritatur: ita ⁊ amplius p̄mittit eis p̄tātem ſeuiendi q̄ ⁊ de facto innumera maleficia p̄petrantur que non p̄mitterentur dyabolo inferre hoībus ſup ſe ſolum affectaret hoīes ledere que tñ permittunt̄ iuſto ⁊ occulto dei iudicio per maleficas p̄pter eaꝝ perfidiam ⁊ catholice fidei abnegationem. Unde ⁊ eis iuſto iudicio talia maleficia imputant̄ ſecundario quātūcunq; dyabolus ſit actor p̄rincipalis Scopa ergo quam mulier intingeret aquꝫ vt pluat ⁊ ſurſum in

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

aerem aquaz ſpergendo lz in ſe nō cauſat pluuiā nec poſſet mu
lier inde reprehendi:qr tñ ex pacto cum demone ínito vbi iam
vt malefica talia facit:lz demon ſit qui pluuiam cauſat: ipa tñ
merito inculpaī:eo qp mala fide ꝛ ope dyabolo ſeruit:eius ob
ſequñs ſe tradendo. Sic etiam qñ imagínem ceream vel ſimile
ad maleficandum aliquem maleficus facitvel qñ maleficio alí
cuius in aquavel plumbo imago apparet quicqd moleſtie ifer
turtalí imagini cū tale experiī fieri imaginario.i.homini male
ficiato puta punctura vel alia leſura quecūqz. Licet leſio realr
inferaī imagini per maleficam vel alium hominem ꝛ inuiſibi
liter demon maleficiatum hominem eodem modo ledit merito
tamen malefice imputantur:quia ſine ea deus nunqz leſionem
inferre dyabolo permitteret:nec dyabolus per ſe ledere ipſum
attentaſſet. Sed qr dictum eſt de fama in qua demones p ſe ho
mines ledere pñt abſqz maleficarum cooperatiōe poſſet in du
biumverti. An etiā demones p ſe poſſent honeſtas mulieres in
famare:vt tanqz malefice reputarenī cū in eaz effigie ad male
ficandum aliquez apparerent:vñ ꝯtingeret talē innocenter in
famari? Rñſio. aliqua ſunt pmittenda. Primo: qr dictū eſt de
monē nihil poſſe efficere abſqz diuina permiſſione:vt in prima
pte operis circavltimam qōnem patuit:etiam tactū eſt qp nō eſt
tanta permiſſio ſuper iuſtos:ꝛ in charitate exiſtentes ſicut ſup
peccatorez in quos vtiqz ſicut maiorem hz ptātem iuxta illud
Cum fortis armatus cuſtodit ꝛc. Itavtiqz plura permittuntur
a deo in eorum afflictionem quam ſuper iuſtos. Demum licet
iuſtos in rebus exterioribus vt fama ꝛ ſanitate corporis ledere
poſſunt deo permittente:quia tamen ſciunt hoc eis cedere in
augmentum meritorum:ideo minus eos ledere affectant. Ex
quibus dici poteſt:quod ī hac difficultate reſpectus poteſt ha
beri ad diuerſa. Primo ad diuinam permiſſionem. Secundo
ad hominez qui ſenſetur honeſtus:cum tales non ſemper ſunt
in charitate exiſtentes ſicut ſunt ſub honeſtate reputati. Ter
tio ad facinus in quo innocens deberet infamari:quia illud ex
ſua radice cuncta flagitia mundi excedit. Ideo dicendum. Li
cet ex diuina permiſſione quiqz innocens ſiue in gratia con
ſtitutus:ſiue non.ledi poſſit in rebus fortune et fame: haben
do tamen reſpectum ad ipſum facinus et grauitatem criminis

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

cum malefici sic nuncupantur ob facinorum magnitudinem.
Juxta Jsidorum sepe allegatum. Dici potest quod hoc vt
aliquis innocens predicto modo a demone infametur fie-
ri non est bene possibile iterum multis respectibus. Primo:
quia cum infamare in vitijs que absq; peccato expresso vel ta-
cito inito cum demone perpetrantur: vt sunt furta latrocinia
actus carnales. Aliud sit ab infamia super vitia que nullo mo
do possunt homini imputari aut ab eo perpetrari nisi super pa
ctum expressum cum demone inito qualia sunt opera malefica
rum que nisi virtute demonuz a maleficis perpetrantur: vtvbi
hoies: iumenta. aut terre fruges maleficiantur. vnde z eis ali-
ter imputari non pñt. Jdeo lz demon possit hoiem de alijs vi-
tijs infamare: de tali tñ vitio infamare. q; sine eo non põt perpe
trari non videt bene possibile. Preterea hucusq; nunq; actum
est nec repertum vt aliqs innocẽs sit per demonẽ taliter infama
tus. z sic p̃pter talem infamiã morti fuisset adiudicatus. immo
vbi tm̃modo infamia laborat: talis nulla pena punitur: nisi q;
canonica purgatio sibi indicit: vt in tertia pte operis circa secu
dum modũ sniandi maleficas patebit. zlz ibi contineat q; in ca
su dũ in purgatione deficeret p̃ reo esset hñdus. adhuc tñ adiu
ratio sibi indiceret antecq; vlterius super penã relapsis debita
procederet. Sed qz circa ꝯtingentia laboramus: que actu nun
q; fuerunt ꝑpetrata. nulli dubiũ quin z in posterũ diuina pmis
sio fieri non pmittat. Preterea z a fortiori ꝑpter angelicam cu
stodiã que nõ permittit insontes in alijs criminibus minorib'
infamari: vt in latrocinijs z hmõi minus pmittet. immo forti'
sue custodie deputatum ab infamia talium flagitioꝝ p̃seruabit
Nec valebit si quis acta per sanctũ Hermanũ obyceret qñ de-
mones in assumptis corporib' z ad mensaz ꝯsedentibus alias
mulieres viris suis condormientibus representabãt hospitẽ il
ludentes: quasi ille mulieres in ꝓprijs corporibus semp eden-
tes z bibentes aduentarent. de qua etiam supra mentio habi-
ta est: qz nec ibi ille mulieres excusant quasi innocentes oino: sꝫ
ptalia mulieribus sepe accidunt. qđ iuxta ca. xxvj. q. v. epi. no
tatur. Ubi reprehendunt tales q; dum in imaginaria solũmo-
do illusione transferant putant se veraciter z corporaliꝫ trãsfer
ri: lz vt. ꝑ. tactũ est etiã interdũ corporaliꝫ a demonibus vehunt

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Sz q̄ corpales infirmitates alias oēs:nulla dempta diuina p̄
missione inferre p̄ñt. De illo est p̄ñs speculatio. Cōcludendo ex
p̄notatis q̄ sic:cū nulla fiat a doctoribus exceptio:cui⁊ rōnem
assentire opz:cū al's demones sua naturalivirtute cuncta corpo
lia excedunt:vt sepe tactum est. Acta deniq; ⁊ gesta per nos re-
perta hec affirmant. Nam lz maior difficultas fortassis circa
lepram aut epilensiā oriri possit, anvez talia inferre possent: eo
q̄ hmōi tm̄modo ex diuturnis prauis interior dispositionib⁹
⁊ defectibus solēt oriri. Nihilominus per maleficia interdum
esse illata repertū est. Nam in dioces̄ basilien̄. in ꝯfinibus par-
tium lothoringie ⁊ alsatie cū quidam honestus laborator que-
dam ꝑba dura ꝯ rixosam quādam mulierem ptulisset illa indi
gnata mīnas adiecit:quod in breui se de eo vindicare vellet. Et
ille:lz mīnas paruidendisset:eadem tn̄ nocte sibi pustulā collo
accreuisse sensit. fricando tn̄ paululum ⁊ tangens totā faciē in-
flatam ⁊ tumefactam cū collo ꝑsensit intantūvt horribilis spe-
cie lepre:etiam per totū appareret corpus qui non distulit:sed
ꝯtocitius amicis ⁊ ꝯsulibus accersitus rem gestā sup cōmina-
toria verba mulieris narrauit:⁊ q̄ sic mori ea fide ⁊ suspitione
vellet q̄ illa sibi arte magica eadem malefice intulisset. Quid
plura mulier capit̄:q̄nibus exponit:⁊ crimen fatet̄? At iudex
de modo ⁊ cā diligentius inq̄rere rn̄dit. Cū me verbis oppro-
briosis hō ille aggressus fuisset:ego ira succensa cū ad domum
venissem malignus spūs cām tristicie mee inquirere cepit: cui
cū singula enarrassem:⁊vt mevindicare possem eidē insinuādo
instarē. Ille inquisiuit dicēs. Quid ergo vis vt ei faciā? At ego
rn̄di. Vellemvt infiataz faciē semp retineret:⁊ sic ille abscessit⁊
illam infirmitatēvltra quā petꝝ homini intulit: ego eñ q̄ tali
lepra eū percuteret minime sperassem:vñ ⁊ incinerata fuit. In
aut quatuor tractus balliste ad interiorum aliorum a diabolo
certificari cuperet in biuio quodam imaginem crucifixi sagit
ta petit ⁊ modo quousqz in presens cernitur transfixit:et dum
cruor miraculosus erumperet miser immobiliter diuina vir
tute gressu percussus figitur.⁊ vbi a pretereunte quodam cur
ibi fixus maneret interrogaret.miser caput agitabat:brachijs
qz ac manibus quibus balliſtam tenebat:ac toto corpore tre
mens nil rñdere poterat:⁊ alter hincinde circūspiciēs dū ima
ginē crucifixi intuet ⁊ sagittā infixam cū cruore effuso specula
tur:pessime inquit neqz imaginē dñi nostri transfixisti ⁊ alios
cōuocans attendite inqt ne fugam capiat:dum tñ vt p̄missum
est se de loco mouere nō poterat ad castrū cōcurrit:⁊ rē gestaz
narrauit q̄ cōscite descendūt:⁊ miserū in eodē loco psistentem

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

reperiũt: ⁊ inq̃rentibus de casu: dũ crimen fassus fuisset ex con
tractu publice iusticie de loco moueť. ⁊ digná ꝑ cõmissis vltio
nem ꝑ miserabilẽ morte recepit. Sed heu ꝙ cogitatu horribi
le existit: nec his humana quersitas terretur vt a filiib⁹ flagi
tijs se cõtineat. Nam in curijs optimatum vndiqꝫ vt fertur ta
les sustentanť de suis flagitijs publice in cõtẽptum fidei ⁊ gra
uem offensionẽ diuine maiestatis ⁊ cõtumeliã nostri redẽpto
ris gloriari: ⁊ se iactari de talibus ꝓmittunť. vñ et tales vtiqꝫ
⁊ receptatores defensores ⁊ fautores nedum hereticorum: sed
apostatarum a fide iudicãdi sunt ⁊ penis plectẽdi subscriptis:
⁊ hoc est septimum. Nã primo ipso iure excõicati sunt. ⁊ fauẽ
tes clerici ab omni officio ⁊ bñficio deponunť ⁊ priuanť: nec
ad illa restituũtur absqꝫ speciali apostolice sedis indulto. Jtẽ
prefati receptores postqꝫ fuerint publicati si in excõicatiõe ste
terint ꝑ annum aĩo pertinaci: velut heretici sunt condẽnandi:
q̃ singula sic ꝓbanť. Nam in ca. vt inquisitiõis. §. prohibem⁹
li. vj. tangiť de nõ impediẽdo directe vel indirecte ꝓcessum iu
dicium diocesanoꝝ ⁊ inq̃sitorum in causis fidei: vbi tangitur
põdicta pena infligenda post annum. nam ỏr primo. Prohibe
mus districtius potestatibus dñis tpalibus ⁊ rectorib⁹ eorũ
dem officialibus ⁊c. si cui placet capitulum ꝓlegat. Deniqꝫ ꝙ
⁊ ipsi malefici cum eoꝝ receptatoribus sint ipso iure excõica
ti. ꝓz de ipsis hereticis maleficis in ca. ad abolendã. in prin. ⁊
in. ca. excõicamus primo ⁊ ꝑsertim: ⁊ breuius in. c. excõicam⁹
ij. de here. vbi sic dicitur. Excõicamus ⁊ anathematizam⁹ vni
uersos hereticos catharos: paterinos: ⁊ infra. ⁊ alios quibus
cũqꝫ nominibus censeanť ⁊c. Et nota super quibuscũqꝫ nomi
nibus. de credentibus autem ⁊ receptoribus ⁊ ceteris supra
dictis habetur in. c. excõicamus. j. §. credentes. vbi sic dicitur
Credentes preterea receptatores: defensores: ⁊ fautores taliũ
excommunicationi decernimus subiacere. ⁊c. ⁊ in capitulo ex
communicamus. ij. tanguntur plures pene: quas incurrunt
infra annum cum ipsis clericis vbi sic ỏr. Receptatores: fauto
res: ⁊ defensores: excommunicationi decernimus subiacere: vt
postqꝫ quilibet talium fuerit excommunicatione notatus si sa
tisfacere cõtẽpserit infra annum: extũc ipso iure sit infamis nec
ad publica officia seu ꝯsimilia: nec ad eligendos aliquos ad

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

hmõi nec ad testimonium admittantur: sint etiam intestabiles vt nec testã di liberã habeãt facultatem nec ad hereditatis successionem accedat: nullus preterea ipsi sup quocũqz negotio rñdere cogatur. Quod si forte iudex extiterit eius sentẽtia nullã obtineat firmitatẽ: nec cause alique ad eius audiẽtiam proferãtur: si fuerit aduocatus nullatenꝰ eiꝰ patrociniũ admittat. Si tabellio instrumẽta confecta nullius sint momẽti: sed cum authore dãnato dãnent: ⁊ in filibus idẽ ꝑcipimus obseruari. Si vero clericus fuerit ab omni officio ⁊ bñficio deponat: vt in quo grauior est culpa maior exerceatur vindicta. Si qui tales aũt postqz ab ecclesia fuerint denotati euitare contẽpserint excõicationis sentẽtia vsqz ad satisfactionẽ idoneam percellãtur. Sane clerici non exhibeant hmõi pestilẽtibus ecclesiastica sacramẽta nec eos xp̃iane presumant tradere sepulture: nec elemosinas aut oblationes eorum recipiant: alioquin suo priuentur officio ad quod nequaqz restituantur absqz indulto sedis aplice speciali. Sunt deniqz alie pene qꝑplures super p̃dictos etiã si non pfistant per annum oĩno pertinaci super eorũz videlicet filios ⁊ nepotes qui ab epõ ⁊ inquisitori possunt priuari seu priuatos denunciari dignitatibus: personatibꝰ: ⁊ omnibus honoribus ac beneficijs ecclesiasticis ⁊ officijs publicis quibuscunqz iuxta ca. vt commissi. §. priuandi. de here. li. vj. Intelligitur tñ si impenitentes extiterint. vt in ca. statutum felicis. e. li. ⁊ ti. Item qꝑ etiam ipõrum filij vsqz ad secundaz generationem sunt priuati omni beneficio ecclesiastico ⁊ officijs publicis vt in ca. quecũqz. §. heretici. eo. li. Intelligendum tñ qui p̃ paternã ⁊ nõ per maternam lineã descẽderunt ⁊ etiã de impenitentibus vt in alle. c. statutum. Item qꝑ illis supplecredentibus: receptatoribus: defensoribus: ⁊ fautoribus eorũ fit appellationis ⁊ proclamatiõis beneficium interdictum patet in ca. vt inqsitionis eo. li. vbi tamen archidyaconꝰ super. c. eo. intelligit. vt postqz per sententiam esse tales sunt declarati: tũc non possunt: ante autem sniam si in aliquibus aggrauantur seu indebite fatigãtur appellare p̃nt. plura alia possent deduci: sed ista sufficiant. ¶ Pro ampliori tamen premissorum intelligentia aliqua sunt discutiẽda. ¶ Primo qd si princeps vel secularis potestas iuxta prenota gesta ad deuastationem alicuius

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

castri iusto bello aliquem hmõi maleficum secum recipiat ꝛ eiꝰ assistentia tirannidem malorum cõpescat nunqd totus exercitus vt fautores ꝛ receptatores talium sunt iudicandi ꝛ predictis penis mulctandi. ℜespondendum videtur ꝙ qz propter multitudinez rigor iusticie est temperandus. di. xl. constituere tur. Ideo licet principalis ꝛ eius accessores ꝛ consiliarij talia fouentes: omnino sint ipso iure penis prefatis innodati. vbi moniti ab eorum ordinarijs non destituerint cum iam vti receptatores fautores iudicantur. vnde ꝛ ipsis penis subiiciuntur: reliquus tamen exercitus cum absq; eorum consilio ꝛ fauore talia fiant: immo pro defensione rei publice sua corpora exponere sunt parati. licet fortassis in factis maleficis complacentiam habeant: tamen censuram illam excommunicationis euadunt. licet reatum illum in eorum confessiõe agnoscere habeantur debita cautione accepta super omnimoda huiusmodi detestatione in perpetuum a confessore absolui: ꝛ quantum in ipsis est ab eorum finibus huiusmodi maleficos expellere. Si vero queritur a quibus possint presidentes vbi resipiscant absolui: an ab eorum ordinarijs aut inquisitoribus? ℜespondetur vtiq; absolui possunt: ꝛ ab inquisitoribus ac alijs inquisitoribus si resipiscant habere in ca. vt' officium in prin. de here. li. vj. vbi sic dicitur. vt officium ꝛ infra contra hereticos credentes: receptatores: fautores: ꝛ defensores eorum: necnon cõtra infamatos de hereſi vel suspectos secundum sanctiones canonicas hominum metu diuino timore postposito procedatis. si vero aliquis ex predictis heretica labe primitus abiurata redire voluerit ad ecclesie vnitatem iuxta formam ecclesie absolutionis beneficium impendatis. Si deniq; instatur quando dicetur princeps vel alius respicere. ℜespondeꝯ quãdo maleficium propter iniuriam creatori illatum preueniendum tradit: vnde ꝛ vt ipsum a domino tantummodo expellat non est malefici seu heretici manifeste deprehensi in hereticа prauitate. vt. s. patebit pena debita: ꝛ vt de preteritis doleat: ꝛ tales nunq; decetero fouere vti catholicum decet principem firmiter in aio suo statuat. Quod si queritur cui tradendus ꝛ quo ordine puniendus: ꝛ an vt manifeste deprehẽsus in hereſi sit iudicandus? Ad primum specialis tangetur difficul-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tas in principio tertie partis.an videlz eorum punitio tãtum modo ad iudicem secularẽ ꝛ nõ ecclesiasticũ ptineat? Manifestum est em̃ per ca.vt inquisitionis.§. phibemus.li.vj.q̃ potestatibus ꝛ dñis tpalibus interdicitur:ne de crimine heresis quoquomodo iudicẽt absq̃ episcopor̃ seu inquisitor̃.aut saltim alterius eorũdẽ licentia:sed qr ratio q̃ ibi assignatur circa maleficos nõ videt habere locũ qr dicit ibi q̃ ideo non debẽt iudicare:eo q̃ crimen heresis est mere ecclĩasticũ:malificor̃ autẽ crimen nõ videt mere ecclesiasticũ sed etiã ciuile ppter dãna tpalia.quicquid tñ sit vt infra patebit:lz iudicis ecclesiastici sit cognoscere ꝛ iudicare:tñ iudicis secularis est exequi ꝛ punire: vt patet extra de here.ca.ad abolẽdam.ꝛ.c.vergẽtis.ꝛ.c. excõmunicamus.vtriq̃. Unde ꝛ iudex secularis si tradet talem ordinario ad iudicandum:hz tñ per se eundem punire postq̃ ab epo sibi traditur aut relinquitur.vel etiã ex consensu epi secularis iudex vtrũq̃ facere potest.s.iudicare ꝛ punire. Nec valet si dicatur q̃ tales malefici non sunt heretici:sed potius apostate:qr cum vtrũq̃ contingat circa fidem:tamen sicut hereticus circa illam tñmodo dubitat.ꝛ hoc in toto vel in parte ita et apostate malefici.ratio etiam per se dictat.cum em̃ grauius est corrumpe fidẽ:per quã est aie vitaq̃ falsare pecuniã:per quaz vite temporali subuenit̃. Unde si falsarij pecunie vel alij malefactores statim per seculares potestates iuste morti tradũtur: multomagis tales heretici ꝛ apostate statim q̃ conuincuntur: possunt iuste occidi. Unde ꝛ per hec est responsio ad secundũ: quo scilicet ordine ꝛ a quo iudice sit puniẽdus:sed clarius de illo tractabitur in tertia parte operis circa modos sentẽtiandi.qualiter deprehensus manifeste in heresi sit sententiandus circa.viij.ꝛ.xij.modum:ꝛ super dubium quid si peniteret an adhuc esset occidendus? Reuera enim si hereticus simplex relapsus quantumcunq̃ peniteat est occidendus in ca.ad abolendam.allegato.ꝛ hoc rationabiliter ꝼm thomaz cũ per hoc prouidet bono cõi:qr si heretici reuersi sepe recipient̃:vt in vita cõseruarent̃ ꝛ alijs tpalib⁹ bonis posset hoc esse in preiudiciũ salutis alior̃.tũ qr si relaberet̃ alios inficerẽt.tum etiaz qr si sine pena euaderent:alij securius in heresim relaberentur ex relapsu etiã ipsorum p̃sumitur de incõstãtia eor̃ circa fidẽ:ꝛ iõ

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

iuste occidēdus. quare ꝛ hic dicere oportet ꝙ si ꝓpter suspitionem solā inconstantie eccl'iasticus iudex relapsum hz tradere curie seculari ad occidēdum: a fortiori si nō velit tradere apostatam aut maleficam quācūqz curie seculari propter pniam ꝛ eius conuersionē. tñ relinquere hz talē ꝛ non impedire: cū iudex secularis ꝓpter dāna tpalia ipsoꝝ maleficum vult occidere ꝝm leges lz ecclesiasticus iudex pri⁹ habeat penitentem maleficum absoluere ab excōicatione: quā propter heresim malefi/carum incurrit: cum ꝛ hereticus sit excōicatus. iuxta ca. excōi/camus. j. ꝛ. ñ. ꝛ ad gremiū ecclesie recipere: vt spūs saluus fiat: vt dicit. xj. q. iij. audi. Alie rōnes assignant inferius circa questionē primā tertie partis. sufficiant ista. ad presens tm̄modo aduertāt aīarum rectores q̄ dura ꝛ districta exiget ab eis: ratio a tremendo iudice cū reuera iudiciuz durissimum his qui presunt: ac vbi tales in iniuriam creatoris viuere permittunt. Seqtur de duobus alijs maleficoꝝ generibus. Nā ad idē genus maleficij reducunt: ꝛ illi qui ꝑ incātatiōes ꝛ carmina sacrilega arma q̄cunqz incantare sciunt. vt eis nullo modo nocere valeāt. vñ nec etiam vulnerari pñt: hi em̄ diuersificantur. Nā aliqui sunt q̄ cum predictis sagittarijs maleficis concordant: in eo ꝙ etiam circa imaginem crucifixi ꝛ contumelia ei illata talia addiscūt gratia exempli qui vult: vt nō valeat ledi in capite aliquo ferro aut ictu habet caput imaginis auferre: q̄ circa collum auferat collum: q̄ circa brachium auferat seu cōminuat brachium ꝛ sic consequenter. Interdum supra cingulum aut infra: interdū ex toto comminuunt. ꝛ in huius signuz viz inter decem imagines in biuio aut in campis repositas vna integra reperitur. Aliqui vero sunt q̄ certa breuia secum deferūt aliqui verbis interdum sacris aut etiam ignotis talia procurant. Inter que hec estimatur diuersitas. Nam primi lz in cōtumeliam fidei circa dehonestationem imaginis saluatoris cū prefatis maleficis sagittarijs concordant: vnde ꝛ veri apostate reputandi ꝛ iudicandi vbi fuerint deprehensi: alio tamē respectu sagittariorum: nec etiam in malum proximi manifestuz prout in tuitionem proprij corporis supra cingulum vel infra aut etiam totius corpis seruire videtur: ideo tanq̄ hereticī penitentes ꝛ nō relapsi: vbi sunt malefici cōuicti ꝛ peniteant sunt

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

sudicandi ꝛ sux̄ta octauū modū penitentiandi cū adiuratione ꝛ inclusione vt in tertia ꝑte operis tangeť. ¶Dño secūdis vero q̄ per carmina arma incantare nitunť: ꝛ sup̄ illa nudis plantis incedere ꝛ silia exercere. Incātatores eñ dicunť iux̄ta Isi. viij. ethi. qui artem aliquam verbis peragūt distinguendū. q̄ inter dum incantationes fiunt per verba sacra aut per carmina scripta sup̄ infirmos. ꝛ he quidem incantationes licite fieri p̄nt septem ꝯditionibus seruatis: vt inferius patebit circa modos curandi maleficiatos infirmos. Incantationes aūt que fiūt sine per aliqua verba aut vbi talia carmina scripta deferunť hoc iux̄ta dicibus attendendū: q̄ si bi sunt noīa incognita. Item caracteres ꝛ signature alie p̄ter signaculum crucis: tūc talia sunt oīno refutanda ꝛ attendendi sunt hoīes pie a talium credulitate: q̄ si desistere nollent tunc tanc̄ leuiter suspecti sunt iudicandi de q̄bus in scō modo sniandi: inferius patebit: non eñ tūc caret scrupulo heretice prauitatis: immo q̄ talia oīno ope ꝛ auxilio demonum h̄nt fieri: cuius vt. s̄. patuit qui auxilio vtit apostata a fide iudicať: licet etiam p̄pter ignorantiā ꝛ emendationis gr̄am minus c̄ cum sagittarijs maleficis sit agendum. Et q̄ plurimum cōe cernit apud clientes ꝛ mercatores secum deferre hmōi carmina ꝛ bñdictiones que incantionis speciem habere videntur: expedit oīno siue in foro p̄nie per cōfessorem: siue in foro ꝯtentioso per ecclesiasticum iudicem hmōi eliminare cum tacitum pactū p̄pter verba ignota ꝛ caracteres signaticū demone initur ꝛ demon occulte se ingerit ꝛ optata p̄curat vt tandem ad peiora alliciat: vnde vbi in foro ꝯtentioso talis debet adiurare iux̄ta scōm modum sententiādi vbi in foro ꝯscientie ꝯfessor debet carmina inspicere ꝛ si nolit oīno proycere: debet tñ nomina ignota ꝛ caracteres delere reliqua vero vt euangelica verba ꝛ signacula crucis permittere. Super quibus oibus ꝛ precipue sup̄ maleficos sagittarios notandum q̄ supra tactū est an vt manifeste deprehensi in heretica prauitate iudicandi sint: de qua materia etiā prius tactū est in prima questione primi me partis. Et quidem q̄ sic p̄z ibidem. Nam vt dicit Ber. in glo. ordinaria in ca. abolendam. §. presenti. ꝛ verbi deprehēsi. tribus modis de iure quis pro manifeste deprehenso in heretica prauitate habetur puta facti euidentia: vt in simplici hereti

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

qñ publice p̄dicant heresim. ff. de ritu nup. palam. §. vlti. vel legitima ꝓbatione per testes vel ex sua ꝯfessione. Et eiusdē, bern. glo. in ca. excōicamus. ñ. sup ver. deprehensi publice: ita ꝙ notorium sit illis etiam qꝝ ꝯdemnati sint. Ad idez videt facere super ca. sup quibusdam extra de ver. sig. put patuit in. j. q. prime ptis huius operis. Ex q̄bus ptz: ꝙ malefici sagittarij fil'r ⁊ alia arma incantantes ꝓ manifeste deprehensis in heretica prauitate per aliquod pactum expressum cuz demone initum ꝓpter manifesta ipsoꝝ opera que non nisi dyabolica virtute fieri possunt habendi sunt. ℙatet ⁊ secūdo qꝝ eorum fautores: receptores: defensores: vt manifeste tales pro talibus habendi sunt et penis prescriptis manifeste subiacere ita ꝙ non iam sub dubio aut tanq̄ suspecti receptatores leui aut graui vel violenta suspitione iudicandi prout plures alij existere possunt: vnde ⁊ semp grauissime contra fidem delinquunt: ⁊ semp mala morte a deo percutiuntur. ℳam vt fertur quidam princeps cum cōsimiles foueret maleficos ⁊ cum hoc quandam ciuitatez in certis negocijs indebite aggrauaret: dum hoc sibi a quodā familiari obij ceret ille omni timore dei postposito. ℜñdit: det deus ꝙ in hoc loco moriar si iniuste a me illi aggrauentur ad que verba subito diuina vltio subsecuta subitanea morte expirauit: reuera in vindictam non tam iniuste aggrauationis q̄tum ⁊ fautorie heresis. ℙatet ⁊ tertio: ꝙ prelati quicūq̄ ⁊ rectores vbi hm̄oi flagitys ⁊ eoꝝ authoribus: ⁊ fautoribus iuxta oēm possibilitatez non resistunt: etiā tanq̄ manifesti fautores ⁊ ꝙ p̄scriptis penis manifeste subiacere debeant iudicantur.

¶ Sequitur scōm principale huius secunde partis sup modos tollendi ⁊ curandi maleficia premittendo difficultatem.

ℳ Trum licitum sit maleficia per alia maleficia vel ꝙ aliqua illicita tollere. Et arguitur ꝙ nō: quia vti auxilio demonū non est licitū vt. s. patuit ⁊ in. ñ. sen. dist. vñ. a doctoribus communiter determinatur qꝝ videlicet est apostasia a fide ⁊ quidez quod sine auxilio demonum non possit dissolui. ℙrobatur: quia aut dissoluitur humano artificio aut dyabolica aut diuina potētia. ℳō primum: qꝝ inferior potestas non potest infringere superiorez: cum nihil agat vltra suam virtutem: non etiam diuina: qꝝ hoc

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

esset opus miraculosum ⁊ cum illa deus ad suum nutum operatur: ⁊ non ad instantiam hoim sicut ⁊ xps matri petenti miraculum de subuentione necessitatis vini: vt doctores exponunt q̄ hoc miraculuz quersionis desiderabat xps. Respondit. Quid mihi ⁊ tibi mulier. s. commune in opere miraculoso. Apparet etiam q̄ rarissime liberantur q̄ tuncunqz diuinū auxilium ⁊ suffragia sanctorum implorant: ergo non nisi auxilio demonū liberari possunt qđ tamen non est licitum querere. Preterea hoc quod cōiter toleratur in vsu practicatur lz sit licitum sed hoc cōiter practicatur: q̄ tales maleficiati currunt ad mulierculas superstitiosas a quibus sepissime liberantur: ⁊ non per sacerdotes aut exorcistas: ergo practica ostendit q̄ auxilio demonum maleficia tolluntur: cuius tñ auxilium querere cum sit illicituz etiam non est licitum maleficia tollere: sed patienter sufferre. Preterea ꝺm Tho. ⁊ Bonauē. in. iiij. dist. xxxiij. de impedimēto maleficiali maleficium est ita ꝓpetuum: q̄ non potest habere humanum remedium: qz si haberet remedium non est hominī notum vel licitum in quibus verbis dant intelligere: q̄ sit quasi infirmitas incurabilis ⁊ perpetue inherens: vnde subdunt licz deus prestare possit remedium demonem cogendo et demon desistendo ille curaretur: tamen curatio non erit humana ergo nisi deus dissoluerit per se non est licituz eius dissolutionē quocunqz modo querere. Preterea in eadē dist. ⁊. q. dicunt: q̄ etiā per aliud maleficium adhibere remedium est illicitum vnde dicunt ⁊ si posset per aliud maleficiū adhiberi remedium: nihilominus reputaret perpetuū: lz amoueretur maleficiū: qz nullo modo est licitum per maleficium inuocare demonis auxilium Preterea exorcismi ecclesie nonvalent ad reprimendum demones semper quo ad oēs molestias corporales hoc dei iudicio exigente: semper tñ valent contra illas demonum infestationes contra quas principaliter sunt institute sicut contra obsessos vel circa pueros exorcisando. Preterea non oportet q̄ ꝓpter peccatum dyabolo sit potestas in aliquem data cessante peccato cessat potestas: quia interdum cessante culpa remanent peccata ex quibus verbis videntur prefati duo doctores sentire: quod non sit licitum maleficia tollere: sed permittere illa sicut permittuntur alie infirmitates incurabiles: et committe-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

re:illa tm̃modo dño deo qui illa tollere põt ad suum placitũ.
In ꝟrium est: ꝙ sicut deus ⁊ natura non abundant in superfluis
ita non deficiũt in necessarijs:quare ⁊ necessario fidelibus ꝯ hu
iusmodi insultus demonũ sunt dati non solũ remedia ꝑseruati
ua de quibus in principio huius secunde ptis tactũ est. verum
etiam remedia curatiua cum alias non sufficient fidelib⁹ a deo
puisum esset ⁊ opere dyaboli viderent fortiora operibus dei.
Preterea glo.super illud Job.xxj.Non est ptás sup terram ⁊c.
dicit oia humana superat:etsi meritis sanctoꝝ subiacet.Unde
⁊ meritis sanctorum virorum in hac vita subiacent. Preterea
Augustinus de moribus ecclesie non est angelus cum inhere-
mus deo mente nostra potentior:nam si potestas virtus est in
hoc mundo toto mundo sublimior est mens deo inherens. vn
de ex talibus dissolui pñt opera dyaboli. Rñsio: hic sunt due
solennes opiniones sibĩinuicem vt videt̃ ꝟriantes. Sunt em̃
quidam theologi ⁊ canoniste inuicem concordantes: ꝙ licitus
est maleficia tollere etiaꝫ per opera superstitiosa ⁊ vana. Et hu
ius opinionis sunt. Scotus Hostien.⁊ Goffre.⁊ cõiter omnes
canoniste. Aliorum theologoꝝ opinio ⁊ precipue antiquorum
⁊ quorũdam modernorum vt Thome Bonauenture Alberti
Petri de palude:⁊ aliorum multorũ:ꝙ nullomodo sint facien
da mala vt eueniant bona:⁊ ꝙ potius homo mori debet q̃ꝫ in
talia ꝯsentiret vt.ſ.per opera superstitiosa ⁊ vana liberaretur:ſz
quia vnica distinctione poterunt eorum dicta concordari vidẽ
de sunt prius eorum sententie. Nam Scotus in suo.iiij.distin.
xxiiij.de impedimento maleficiali siue de frigidis ⁊ maleficia
tis reputat fatuitatem asserere ꝙ etiam pervana ⁊ superstitio-
sa non debeant maleficia tolli: dicit enim nec in hoc est infideli
tas aliqua:quia destruens non assentit operibus dyaboli: sed
credit eum posse ⁊ velle fatigare dum durat tale signum quia ex
pacto non assistit ad hoc nisi dum illud durat. Et sic de structu
illius signi non ponent finem tali vexationi:vnde ⁊ dicit ꝙ est
meritorium opera dyaboli delere:⁊ qꝛ loquitur de signis po-
namus exemplum. Sunt quedam mulieres que tali signo no-
tant maleficas vt si vacca vbertate lactis ex maleficio priuatur
tuncvꝛceum lactis super ignem appendunt.⁊ certis ꝟbis sup-
stitiosis insistendo:vꝛceum cum baculo percutiunt:⁊ſz flasculũ

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

mulier ꝓcutiat tamen oĩa verbera dyabolus ad dorſum male/
fice defert per que fic dyabolus cum malefica fatigaſ: facit tñ
illa dyabolus vt percutientem catholicam ad peiora alliceat.
vnde periculoſum non exiſtit: alꝫ non videretur opinio tanti
doctoris habere difficultatẽ. pñt ꝛ alia exempla adduci. Hoſt.
ad idem in ſumma copioſa de frigidis ꝛ maleſi. ꝛ ti. de impotẽ
tia coe. in glo. ſuper ca. lre. §. mulierem aũt. dicit ꝙ in hoc defe
ctu recurrendum eſt ad remedia medicorum. Et lz quedam re/
media ꝯ hec ſcripta vana ſeu ſuperſtitioſa videanť: tñ cuilibet
authori in ſua arte credendum eſt. Sed ꝛ ſatis tolerare pōt ec/
cleſia retunderevana vanis. Humbertinus deniqꝫ in ſuo quar
to ꝑfata diſtinctione hisvtiturverbis. Poſſunt maleficia aut ꝙ
orationes: aut per artem per quam facta ſunt deſtrui. Ad idem
Goffre. in ſumma ſua. eo. ti. Maleficium non pōt ſolui ſemper
per illum qui fecit: vel qꝛ eſt mortuus: vel qꝛ neſcit delere ipm:
vel qꝛ maleficium eſt perditũ. ſi aũt ſciretur: licite poſſet ſoluere
ꝛ loquiť ꝯ illos qui dicebant ꝙ per maleficia non poſſet copu/
le carnali preſtari impedimentum: eo ꝙ nullũ tale eſſet perpe/
tuum. vnde non dirimeret matrimoniuꝫ iam ꝯctum. Preterea
illi qui fuerũt moti afferere ꝙ nullum maleficium ſit perpetuũ
mouebantur his rõnibus: qꝛ putabant omne maleficium poſ/
ſe moueri. vel per aliud maleficium vel per exorciſmos eccleſie
qui ſunt ordinati ad reprimendum vim demonum vel perverſã
pniam cuꝫ dyabolus non habeat ptãtem niſi ſup peccatores.
Unde quo ad primũ ꝯcordabant cũ opinione alioꝝ ꝙ ad mi/
nus per ſuperſtitioſa poſſint tolli. Contrarie aũt opinionis eſt
ſanctꝰ tho. in ſuo. iiij. prefata di. ſic inquientis. ꝙ ſi maleficium
non poſſit reuocari niſi per aliquod illicitũ: vt per demonis au
xiliũ: vel huius etiam ſi ſcireť poſſe ſic reuocari nihilominus ꝑ
petuum iudicatur: qꝛ remedium non eſt licitũ. Ad idem Bona
uentura. Pe. Albertus ꝛ cõiter oẽs theologi vbi cum breuiter
tangunt dem onis auxilium tacite vel expreſſe inuocandũ vidẽ
tur ſentire ꝙ per nil aliud niſi per licitos exorciſmos vel perve
ram pniam; vt in. c. ſi per ſortiarias, alle. tangiť remoueri de/
beant moti; vt apparet rõnibus in principio queſtionis anno
tatis. Et qꝛ tãtos doctores in eorum dictis ꝫtum poſſibile eſt
expedit concordare; ꝛ hoc vnica diſtinctione fieri pōt. Ideo

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

notandū ꝙ maleficiū aut tollit̄ per alium maleficū simul: ⁊ per aliud maleficiū. aut tollit̄: non q̄dez per maleficū: sed per male ficiales ritus ⁊ illicitos. ⁊ hoc iterū dupliciter: qz vel per illici tos ⁊ vanos ritus insimul: vel per vanos ⁊ nō illicitos. Primū remedium est oīno illicitū tam ex parte authoris q̄ ⁊ ipsius re medij. sed tñ qz fit dupliciter: qz aut cum nocumento illius qui maleficiū intulit: aut sine nocumento fit. tñ per maleficiales ri tus ⁊ illicitos tunc comprehendit̄ sub scō modo vez vbi male ficium tollitur non per maleficum alium: sed per maleficiales ritus ⁊ illicitos. tunc iterum illicitum iudicatur: licet non tm̄ si cut primum. Unde summarie dicere possumus ꝙ per tria ⁊ tri bus modis remedium redditur illicitum: qñ vez tollit̄ per ma leficum alium. ⁊ per maleficia alia: vez virtute demonis alicu ius. Secundo qñ non per maleficum sed honestam personam tollitur: sic tñ ꝙ superstitiosis remedijs maleficium quod vni p sone aufertur: alteri infertur: ⁊ hoc iterum illicitum. Tertio: qñ aufertur sine eo qđ alteri infertur: vtitur tñ demonum inuoca tione expressa vel tacita: tunc iterum illicitū: ⁊ ꝫm hos modos dr̄ a theologis ꝙ potius mors sit p̄eligenda q̄ in talia ꝯsenti re. Alijs vero duobus modis vltimis tollere maleficium potest esse vel licitum vel non vanum ꝫm canonistas. ⁊ ꝙ tolerari pñt vbi remedia ecclesie prius attentata: vt sunt exorcismi ecclesie: suffragia sctōꝝ implorata: aut vera penitentia nihil effecisset. ⁊ vt clarior habeatur intellectus de singulis sint aliqua gesta et acta per nos reperta recitanda Romam tempore Nicolai pa pe eps quidaz ex alemanie ptibus certa expediturus negotia aduenerat cuius nomen occultare ordo charitatis postulat. ꝫ iam vniuerse carnis debitum persoluerit. Hic quandam iuuen culam adamādo: ⁊ ip̄am ad suam diocesim destinare cum duo bus famulis ac rebus alijs ⁊ clenodijs dispositisset iuuencula auiditate feminea super clenodia que p̄ciosa erant decepta mo dum excogitare cepit: vt ea in itinere existente episcopus male ficijs interiret. iamq; in sua habebat clenodia commissione et ecce sequenti nocte episcopus subito infirmatur ⁊ ne fortassis veneno intoxitatus esset. a medicis percunctatur: ⁊ a famulis dolenter dubitatur. tam ingens enim calor inerat pectori. vt non nisi gargarismis per aquam frigidam continue haberet

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

refocillari. Tertia igitur die cum iam nulla spes vite haberetur. Uetula quedam ingressum ad episcopum instanter petijt. ⁊ ꝙ causa sue sanitatis aduenisset aperuit. Ingressa igit episcopum alloquitur ⁊ sanitatem promittit: dummodo suis acquiescere suasiōibus velit. Episcopus vero quidnam foret cui acquiescere pro recuperanda sanitate: ꝙ summe affectabat: vbi inquirit. vetula respondit. Ecce hec infirmitas maleficio vobis accidit: ⁊ non nisi per aliud maleficium liberari poteritis: vt vcz ipa malefica que vobis intulit moriatur: ⁊ eadem vestra infirmitate inficiatur. Stupefactus episcopus ⁊ ꝙ alio modo liberari non posset: vbi psensit: nil tñ temere volens agere papā cōsulere per supplicationem decreuit. At pontifex cum eū teneret me diligebat: ⁊ ꝙ nō nisi per mortē malefice liberari posset cū didicisset annuit: vt inter duo mala minus permitteret: ⁊ supēr hoc supplicationem signauit: vñ denuo vetula accersita ⁊ tam ipe ꝙ summus pontifex in mortem malefice ꝓsentirent: dummodo pstine sanitati restitueretur differuit: ficqz vetula abscessit. ⁊ ꝙ sequenti nocte liberaretur promisit: ⁊ ecce circa mediuz noctis vbi se sanum ⁊ ab omni infirmitate liberatum persensisset nuncio misso quidnam de iuuencula foret perscrutatur. ⁊ ecce aderat que ipsam circa mediam noctis in latere matris dormientem infirmatam fuisse subito affirmabat. que in re dabatur intelligi: quod eadem hora et momēti infirmitas episcopū relinquendo maleficam iuuenculam per aliam maleficam vetulā inuasit. ⁊ sic spūs malignus a lesione epi cessando ipm sanitati per accūs restituere videbatur: cum tñ ppria sanitatē nō immittebat ꝙ tamen occupare deo permittente poterat ⁊ propter pactum cum malefica altera initū que fortune alterius inuidebat: ipse demon magistram iuuenculam inficere habebat ⁊ bñ estimari pōt illa duo maleficia non per vnū demonē duabus psonis: sed a duobus demonibus duabus maleficis seruiētibꝰ fuisse inflicta: nec ī isto demones sibi ꝫnuicē ꝫriantur cū semper in pditionem aiarum ꝙ summe ⁊ concorditer affectant singula operant. Eps deniqz cū pietatis causa ipsam visitare proponeret cameram ingrediens horribilibus maledictionibus susceptus fuit exclamando. Tu cū tua que te talia docuit ⁊ te liberauit maledicamini ineternū. ⁊ episcopus emollire eius ani

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

mum ad pniam ⁊ ꝙ oēm offensam ei remisisset vbi tentabat illa vultum auertendo clamabat: exeas maledicte hic nulla spes venie sed aiam meam oibus demonibus commendo ⁊ miserabiliter interijt: ⁊ eps cum gaudio ad ppria remeauit. Ubi etiā notandum: ꝙ quia priuilegium vnius non facit legem cōmunem. Ideo dispensatio pape in hoc casu non arguit oibus sic allicere. Ad idem refert nider in suo formicario: dicit eñ. Modus tollendi maleficiū: aut se vindicandi in malefico talis practicatur interdum modus. Uenit eñ aliquis lesus in se vel in suis ad maleficam sciscitans scire malefactorem: tunc malefica plumbū liquefactū aliquotiens fundebat in aquam quousqz opere demonis in plūbo imago aliqua videret. Qua visa malefica quesiuit ab explorante in qua parte vis ledi maleficum tuū: ⁊ in eodem vulnere eum agnoscere. cūqz explorator locum eligeret: statim malefica in eadem parte imaginis que in plumbo relucebat fixuram vel vulnus per cultrum posuit: ⁊ locū vbi reum inueniret indicauit. nomen tñ nullatenus manifestauit: sed experientia teste maleficus per oia ledi reperiebat sicut sua imago plūbea demōstrabat. Hec inqz remedia ⁊ similia vtiqz iudicantur illicita: qbus humana fragilitas sub spe venie consequende a deo: sepius his inuoluit plus estuans pro sanitate corporis qz aie. Scōm vero remedium. De ipsis maleficis maleficia dissoluentes sub expresso pacto cuz demone inito absqz nocumento psone: ⁊ quidem de eis quid agendum sit ⁊ qualiter cognoscuntur infra in sextodecimo modo sententiandi patebit. hi eñ qplures existunt: ⁊ semper infra vnū aut duo miliaria teuthonicalia reperiunt: in quo spacio quicquid alie malefice ledunt hoc ille curare videnť. quas etiam curationes alique simpliciter quo ad omne tps: aliquevero tñ aprima angaria lesos maleficijs curare se iactitant. aliquevero nō: nisi in cōsensu malefice que maleficiū intulit curare possunt. Et he notātur super expressum pactum cum demone initum: ppter hoc ꝙ occulta manifestare solent illis qui causa sanitatis recuperande ipsas accedunt. ipsis enim causas sue calamitatis subito manifestant: dicētes. ꝙ ppter brigas ⁊ rixas cum vicina vel alia muliere aut viro habitas: lesa fuerit in se vel in suis attinentibus. que etiam ad occultandum sua flagitia interdum peregrinatio

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

nes vel alia pietatis opera iniungunt:quas quidem accederet pro recuperanda sanitate:tanto perniciosius existit quãto pre illis q̃ solum per pactuz tacitum curare videntur in contumeliam fidei amplius delinquunt. Hi enim dum ex vna parte sanitatem corporalem deo preponunt:ex altera parte sibꝫpsis in vindictam criminis vitam deo percutiente abbreuiát. Sic eñ in saul diuina seuit vltio:cum primo magos ⁊ ariolos abstuliſſet de terra.postea consuluit vnde ⁊ in bello occisus cum filius fuit.j.Reg.xxviij.⁊ culpa tangitur.j.Paralipo.x.ppter hoc etiam ochosias infirmꝰ mori habuit.iiij.Reg.j.tales etiã visitatores maleficarum infames.vnde nec ad accusationez debent admitti.ñ.q.viij.q̃squis nec. Item tales ꝑm leges debent pena capitis plecti:vt in prima questione operis tactum est. Sed heu dñe deus cum omnia iudicia tua iusta sunt:q̃s liberabit pauperes maleficiatos ⁊ in continuis doloribus eiulantes?pctis nostris exigentibus inimicus nimis ꝓualuit. vbi sunt q̃ licitis exorcismis illa opera diaboli dissoluere valeant. hoc vnicum ergo supereſſe videtur remedium:⁊ iudices eorũ insultis adminus refrenam.varijs penis auctrices maleficas castigando.vnde ⁊ infirmis facultas visitandi maleficas ꝓputabitur:sed heu nemo percipit corde omnes que sua:non q̃ iesu xp̃i sunt querentes. Illa eniz maleficia in rychꝑhoffen.de qua.s̃.mentio facta est adeo assiduis frequentabatur ꝑ recuperanda sanitate maleficiatis q̃ comes castri thelonei lucrum habere voluit:ita q̃ quilibet maleficiatus in se vel in sibi attinentibus denarium vnum in introitu porte soluere habebat. vnde ⁊ magnum exinde se habuiſſe prouentum asseruit: teste etiam experientia didicimus plures tales per dioceſim constanꝫ.existere non q̃ ipsa ꝓe alijs dioceſibus sit infecta cũ hoc genus infidie serpit per omnes dioceſes:⁊ heu totum mũdum infeciſſe videtur:sed q̃ ipsa dioceſis amplius elaborata fuit:⁊ quidam hẽgst nomine repertus:qui maiorẽ concursum ⁊ quotidianuz a maleficiatis pauperculis habere cernitur:quẽ etiã concursum sic oculis nostris perſpeximꝰ in villa quadã eningẽ q̃ sine dubio ad quecũq̃z loca beatiſſime virginis siue aq̃sgrani:siue ad heremitas tantus pauperum concursus non existit: sicut ad eundem ſuperſtitioſum hominẽ.nam hiemali ⁊ frigi-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

dissimo tempore dum pre abundantia nimium omnis viare-
gia ⁊ publica obstruit adhuc a circūiacentibus terris ad duo
vel tria miliaria cum magnis hominum fatigationib⁹ freque
tatur:quibusdam remedia percipientibus:alijs vero minime
vt reor qp non eque omnia maleficia dissolui propter varia:vt
s̄.tactum est obstacula pñt.⁊ hi quidem sub expressa demonuz
inuocatione maleficia dissoluentes quo ad secunduz remediū
illicitum:non tñ sicut primum. Tertium vero remedium.qp q̄
busdam cerimonijs superstitiosis practicatur:non tñ in nocu-
mentum alicuius psone:aut per manifestos maleficos agitat
experientia teste per hunc modum. In ciuitate Spirensi mer-
cator q̄dam forensis hunc casum sibi accidisse ppoluit. In par
tibus inquit sueuie.in quodā castro nobilium me degēte qua-
dam die dum peracto prandio associatus duobus domicellis
solatij causa super pratum incederet quedā mulier obuiando:
dum a remotis adhuc incederet:⁊ a duobus domicellis agni
ta fuisset:vnus eorum ad me hec verba protulit.munias te ci-
to signo crucis:⁊ similiter ad idem alius ab alio latere horta
batur. At ego causam huius timoris inquirens. Respōderūt.
En peior malefica totius prouincie iam nobis obuiā dat:ipa
em̄ solo visu maleficare homines nouit. Tunc ego stomachan
do ⁊ nunq̄z tales timuisse me iactitabam ecce vix verba cōple
ui:⁊ me grauiter in pede sinistro lesum persensi:ita vt sine gra
ui dolore de loco figere pedem non potui aut gressum.vnde⁊
alij concito e castro per nuncium mihi equum destinanduz ad
illud reducunt.doloribus autem per triduum augmentatis:
prefate incole intelligentes maleficio me infectum quendā ru-
sticum ad spacium vnius miliaris accedunt:⁊ casum ꝓponunt
quem nouerant per artem quendam maleficia tollere:qui con
cito veniens ⁊ pedem prospiciens si inquit ex vobis contigit
aut naturale defectu experimentum capiam:⁊ siquidem ex ma
leficio accidit cum dei adiutorio curabo:sinautez remedijs na
turalibus opus erit insistere. At ego si absq̄z superstitione ⁊ cū
dei adiutorio curari potero libens acceptabo:qm̄ cum demo
ne nihil commune habere volo:nec eius adiutorio affecto ad
idem ⁊ ipse villanus respondit se non velle nisi licita remedia
⁊ cum dei adiutorio adhibere ⁊ curare:dummodo experien

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tia didicisset hoc per maleficium mihi contigisse:ad que duo assensi ille plumbum vt supra de alia malefica tactum est liquefactum in cocleari ferreo supra pedem tenuit ⁊ in scutellā aqua plenam fudit:⁊ subito diuersarum rerum species prorupērūt: acsi spine vel pili aut ossa ⁊ similia fuissent intromissa. Jaz inquit video ꝙ infirmitas hec non ex naturali defectu:sed maleficio vobis contigit.At ego quomodo talia ex plumbo liquefacto scire posset dum inquirerem.Ecce inquit septem sunt metalla ex septem planetis : ⁊ qr saturnus dñatur plumbo eius proprietas est:vt si plumbum super maleficium aliquod fusuz fuerit per suum influxum maleficiuz demonstrabit:⁊ bene inquit actum est vt cito remedium adhibeatur:ꝙ tot diebꝰ vos visitare habeo quot sub maleficio stetistis:⁊ interrogare quot dies elapsi fuissent:iam triduo fassus sum.vnde ⁊ ipse singulis diebus per triduum me visitando ⁊ pedem inspiciendo:soluz ⁊ tangendo:⁊ cuncta verba penes se ruminando integre sanitati:fugato maleficio me restituit. Hic certe modus actorē nō monstrat maleficum:sicut modum superstitiosum.in eo enim ꝙ dei adiutorio ⁊ non opere diaboli sanitatez promisit:⁊ hoc ꝙ saturni influxum super plumbum tanq̄ ex eius dñio causatum allegauit irreprehensibilis extitit:⁊ potius commendandus fuit.Sed qua virtute maleficium fugatur ⁊ species reruz in plumbo causauit:sub dubio relinquitur.Nam cum maleficium nulla virtute naturali possit amoueri:licet mitigari valeat.vt inferius de obsessorum medijs patebit.potius videtur ꝙ per aliquod pactum ad minus tacitum cum demone inituz hoc practicauerit.⁊ dicitur hic pactum tacituz quando ad minus author tacite in assistentiam diaboli consentit per quemmodum innumera superstitiosa opera practicātur:licet differenter quo ad diuinā offensam:cū in vno ope maior sit creatoris offensa q̄ in altero.Jn eo enī ꝙ de sanitate procurāda certus fuit:⁊ in eo ꝙ tot diebꝰ quot sub infirmitate extiterat ipm visitare habuit:nec aliquibus medicaminibus naturalibus vsus fuit:⁊ tamen iuxta premissa egrotum sanitati restituit.nō tam suspectus q̄ vt manifeste deprehēsus ad minus:lz nō super expressum initū cū demone:pactuz tñ iudicaī:⁊ tanq̄ p cōuicto haberi:⁊ penis ad minꝰ in scdo mō sentētiādi infra cōten-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tis:ſed punire dz cum adiuratiõe ſolẽni:niſi leges que in con/
trariũ ſentire videntur ipm ſuſtentarẽt. Jn quo caſu q̃d ordina
riũ ſit faciendũ in ſolutione argumẽtoꝝ patebit poſtea. Quar/
tum vero remediũ tolerandũ:ꝛ de quo canoniſte ad minus in
tendunt cum certis theologis dr vanum tm̃ ꝛ p̃ciſe:puta quia
ſolũ ſuperſticioſum ꝛ nõ ſub aliquo pacto expreſſo vel tacito
ex intẽtione ꝛ ppoſito practicãtis operatũ:ꝛ dico ad minꝰ:qr
fortaſſis ſi velint etiã tertiũ remedium huic quarto adiũgere:
potiꝰ videtur nobis eoꝝ aſſertioni cedere q̃ cõtẽtionibꝰ deſer
uire.ꝛ hoc quidẽ remedium vanũ ſuperius exẽplificatũ de mu
lieribus q̃ vrceolum ſuper ignẽ poſitum percutiunt in finẽ:vt
erat malefica:que vaccam verberãte lactis priuauit verberẽ:
lz fortaſſis talia in noĩe diaboli facere habeãt:aut fortaſſis ſi/
ne eius expreſſione. Ad idẽ poſſunt ꝛ alia earum geſta adduci
Nam interdum vbi vaccas hmõi leſas ad paſcua emittere vo
lunt explorare etiam ipam maleficam:nituntr tũc bracam viri
vel aliud immundũ ſup caput aut dorſum vacce:ꝛ hoc potius
feſtiuis diebus ꝛ ſacratioribus ipſam vaccam cum baculo for/
taſſis iterũ ſub tali vt ſupra expreſſiõe percutiẽdo expellunt ꝛ
tunc vacca recto tramite ad domum malefice properat ꝛ cor/
nua in eius oſtiũ vibrat cũ magno eiulatu cõtinue pulſando.
ꝛ hec vtiq; diabolus in vacca operatur tãdiu quo p alia ma/
leficia ſedabatur. Reuera ꝛ ſm prefatos doctores talia ſint to
leranda:non tm̃ meritoria:vt q̃dam aſſerere conantur exiſtunt.
cum em̃ iuxta apoſtolum oĩa q̃ in verbo aut opere facimus:in
nomine dñi noſtri ieſu xp̃i facere p̃cipimur:lz ibi non ſit exp̃ſſa
demonis inuocatio:ꝛ tm̃ eius noĩs expreſſio:ꝛ iterũ lz ibi non
ſit intentio p pactum aliquod tacitũ vel expreſſum talia facere
qr fortaſſis dicet. volo hoc facere : ſiue diabolus intromittat
ſe ſiue non:ipſa temeritas qua diuinũ timorem poſtponit deũ
offendit. vnde ꝛ diabolo poteſtatem talia faciendi pmittit in/
ducẽdi:ergo tales ſunt ad pnĩam hortãdi:vt potius deſiſtant
ꝛ ad remedia infra ſcripta vt ſuperius ꝛ in parte tacta p vſum
videlicet aque benedicte ꝛ ſalis exorcizate ꝛc. recurrant. Simi
li modo iudicandum de illis q̃bus dum aliquod iumentũ ma/
leficio interemitur ꝛ explorare maleficium aut etiam ſi natura
li defectu vel maleficio ſit interemptum vbi nituntur ad loca

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

vbi cadauera bestiarum excoriticantur:properant et intestina cadaueris super terram trahēdo vsq; ad domum deferunt nō aūt intro domum p ostium sup:sed sub limine domus ad coq̄ nam trahunt:ꝛ igne facto sup cratem intestina ponunt:ꝛ tunc vt ex relatu talia practicantium sepissime informati sumus si cut intestina calefiunt ꝛ ardent.ita intestina malefice calore et doloribus crucientur.aduertūt ergo illi exploratores vt ostiū domus optime sit obstrusum:eo q̄ pre doloribus malefica ad introitum habebit carbonem de igne aufert:ꝛ tunc omnis cru ciatus effugatur repertum deniq; septus nouimus vbi introi tum habere non poterant:extunc densissimis tenebris domū intus ꝛ extra vallabant cum commotione tam horribili ꝛ stre pitu:vt ex ruina domus omnes se tandem interimere putarēt: nisi ostium aperiretur. At idem]etiam certa experimēta reducū tur:nam certi volentes multitudine mulierum in ecclesia exi stentium experiri maleficas:que etiam sine eorum ꝯsensu eccle siam diuinis peractis exire non valeant tali experimēto insi stunt. Nam die dñica sotularia iuuenum axūgia seu pinguedi ne porci vt moris est pro restauratione fieri perungūt ꝛ sic vbi ecclesiam intrant tādiu malefice exire ecclesiam non poterunt quoadusq; exploratores aut exeunt:aut illis licentiam sub ex pressione vt supra exeundi concedant. Simile fit etiam per cer ta verba que annotare non expedit:ne quis per diabolū sedu catur. Nam nec iudices aut presidentes his infallibilem fidē aut opinionem accommodare debent:nisi talis ꝑsona alʒ plu rimum esset diffamata:cum sub tali pretextu ille mille artifex etiam innocias infamare posset. Unde potius auertendi sunt homines a talibus experimentis ꝛ salutares penitentie iniun gende;licet interdum tolerantur. Per hec patet rñsio ad argu menta que concludunt maleficia non esse tollenda:qꝛ primis duobus modis omnino illicitum est tollere]tertium remediū ꝑm leges.ꝛ si toleratur:tamen non paruam super ecclesiastic⁹ iudex debet habere aduertentiam. Nam q̄ leges videntur to lerare patet.C.de maleficis.l.eorum.vbi sic habetur. Alī au tem qui faciunt id ne labores hominum vetorum grandinisq; lapidatione sternuntur non]pena:sed premio digni sunt. Et ntonius in summa de legibus in quibus ius canonicum ꝛ ci

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

nile discrepant:hoc idem allegat.ex quo videtur q̄ concedūt leges pro conseruatione frugum ⁊ iumentorum:⁊ in omnem euentum posse certos homines talia practicantes non solum tolerare:sed ⁊ premiare.Erit ergo ecclesiastici iudicis eis aduertere si tantummodo iuxta mentē legis contra grandines ⁊ aeris temperiē modis congruis vt inferius patebit.aut etiā quibusdam superstitiosis procedit:⁊ tunc dum inde nulluz sequitur fidei scandalum etiam tolerare:sed reuera hoc non erit iuxta tertium sed quartum modum ⁊ quintum.de quo consequenter tractandum erit de ecclesiasticis ⁊ licitis remedijs:inserendo interdum de supstitiosis ad quartum modū pertinentibus.⁊ hoc p capitula sequentia.

¶Remedium ecclesiasticum contra incubos ⁊ succubos demones. Capitulum primum.

Uia vero in p̄cedētibus capitulis prime q̄stionis super modos maleficandi hoīes:iumenta:⁊ terre fruges tacta sunt ante oīa ea q̄ ipse malefice erga proprias personas practicant:qualiter videlz innorias iuuēculas in augmentum sue perfidie alliciūt qualis etiā modus sit profitendi earū ⁊ omagij prestandi qualiter etiā infantes proprios aut alienos demonib⁹ offerūt Et quomodo localiter trāsferant̄. Hec inq̄ ⁊ similia remedia re q̄ non est possibile nisi vt per suos iudices de medio tollātur aut ad minus in exēplum oīm futurorum puniantur:ideo de hmōi remedijs non ad presens sed in vltima parte operis vbi viginti modi procedendi ⁊ sententiandi cōtra ⁊ super maleficarum personas deducentur tractabitur. Ad presens tm̄ super remedia contra earum maleficiales effectus tendere opz: ⁊ primo qualiter hoīes maleficiati remediant̄:demū qualiter bestie:⁊ vltimo qualiter fruges terre conseruant̄. De hoibus vero maleficiatis quo ad incubos demones vel succubos:q̄ sunt in triplici genere sed earū qua se voluntarie demonib⁹ incubos subīciūt:vt sunt malefice.q̄ de succubis quo ad viros nō ita voluntarie practicatio reperitur cum ex naturali vigore rōnis quo viri mulierib⁹ p̄eminent:talia plus abhorrēt:est et eorum qui a maleficis cū incubis aut succubis contra eoz̄ voluntatē inuoluuntur:⁊ est tertiū genus ad hoc precipue virgi-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

nem quarūdam que ꝓtra earum oīno volūtatē ab incubis de/
monibus molestant: de q̄bus etiā sepe p̄sumitur ꝙ a malefi/
cis sic maleficiant: puta quia demones ad instantiam malefica
rum sicut sepissime alias infirmitates immittere solēt: ita ⁊ in/
cubos illis ꝑsonis se facere habent: vt vel sic eos ad suā pfidiā
allicere valeant. Demus quedā exēpla. Est in ciuitate cōfluē/
tie pauper quidā sic maleficatus ꝙ in p̄sentia vxoris omnez
actū venereū p̄out viri cū mulieribus agere solēt: etiam repe/
titis vicibus ꝑ se exercet nec ab illis ad instantiā ⁊ eiulatū mu/
lieris auerti potest: q̄ vno aut tribus actibus expletis verba
replicat: volumus iterum de nouo ⁊ iterum de nouo inchoare
cum tamen nulla persona corporali vīsu cernatur ei succumbe
re. fitq̄ vt post diutinas huiusmodi vexationes pauper ille col
lisus in terram oībus viribus destituitur. ⁊ dum post aliqua/
rum viriū recuperationez interrogatur quō ⁊ qualiter ista sibi
contingant: ⁊ an ne personam succubantē habuerit? Respōde
re solet se nihil videre: sed ita mente captiuatum vt oīno absti
nere non valeat: ⁊ quidem super hoc maleficium mulier q̄daz
plurimū habetur suspectu ꝙ ei intulerit: eo ꝙ illi pauperi mi/
nata fuerit per verba contumelioſa: ꝙ ipsum p̄opter dīsplicē
tiam sibi factaz expedire vellet: sed legum ⁊ executores iusticie
non assunt: q̄ saltim super diffamiaz ⁊ grauem suspitionem in
vindictā tanti crimīnis p̄cederent putantes neminem debe/
re condēnari: nisi qui confessione p̄opria aut trium testiū p̄o
ductione legitima conuincatur: quasi iudicia facti: aut euiden/
tia super graues aut violentas suspitiones nullas mererētur
penas. de quibus tñ modis sententiandi inferius: vt p̄emis/
sum est patebit. De secundo vero ḡnere quo puelle ab incu/
bis demonibus molestantur. Etiam nostris tp̄ibus referre ni/
mis longū foret: cum hystorie certe de sil'ibus existunt referte.
Sed cū quanta difficultate talia remediari possint. patere po/
test ex his que thomas brabantinus circa finem operis sui de
apibus de quadā in hunc modū refert. Vidi inqt ⁊ in cōfessio
ne audiui virginem quandā in religioso habitu: que p̄imo di
xit se nunq̄z in concubitū cōsensisse. ꝑ hoc tñ dat intelligere se
cognitam fuisse: at ego nō credens arctaui eā rōnibus ⁊ duris
cōminationib⁹ sub periculo aie sue: tādē cū lachrymis cōfessa

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

eſt ſe prius corruptam mẽte ꝙ corpore: & cum poſtea doleret quaſi ad mortẽ ꝓfiteret omni die cũ lachrymis: non potuit tñ ingenio ſtudio vel arte ab incubo demone liberari: nec ſigno crucis nec aqua benedicta: que tñ ſpecialiter ad fugandos demones ordinãtur: nec ſacramento xp̃i corporis. ipſis etiã angelis terrifico donec poſt plures annos oratione & ieiunio pie lacrimis fugaretur: & eſt credibile: ſaluo meliori iudicio q̃ poſtꝙ de peccato ſuo dolens confitebatur potius ei concubitus demonis pena culpe ꝙ culpa fuit. Hec etiam cuz in vigilia penthecoſten querularetur apud criſtinam in valle duciſſe brabãtie monialem deuotam: que mihi hoc retulit q̃ non auderet cõmunicare propter demonis importunam vexationẽ compatiens: dixit ei criſtina. Uade q̃eſce ſecura cõcatura cras dñico corpore ego in me recipiam penã tuam. Recedẽs illa gaudẽs dormit in pace: ad orationem de nocte ſurgit mane cum omni trãquillitate ſacramenta ſuſcipit. Criſtina autem ſuſceptã in ſe penã non põderãs veſpere quieti ſe dãs audit in ſtratu ſuo q̃ſi pcellam cõmouentẽ ſe: & inquietius agitantẽ nec ſuſpicans demonem arrepto colo fugare nititur: q̃q̃d eſſe decumbit iterũ: ſed pauida vexata ſurrexit: & hoc pluries tandem ſenſit & vidit euerſis fere ſtraminibus q̃ demonis nequitia vexaretur. Dimiſſo ergo lecto noctem ducit inſomnem: et orare volens demonis cruciabatur inſultu. Et vt dixit nunꝙ talia paſſa fuerat Unde predicte mulieri mane. Renuncio inquit: renuncio pene tue. Uix ſine vite diſcrimine violentiam tẽtatoris peſſima euaſi. Qua ex re perpẽditur difficile eſſe hmõi remediare ſiue maleficio: ſiue abſq̃ eo contingat. Sunt tamen adhuc aliqua per que fortaſſis ipſi demones fugantur. de quibus & nider in ſuo formicario. Licet em̃ vt ibi fertur quinq̃ modis valeant puelle & viri liberari. videlicet per ſacramentalem confeſſionem & ſanctam exercitationem in crucis conſignatione: vel angelica ſalutatione. Tertio. per exorciſmorum applicationem. Quarto per certi loci mutationem: & per cautam ſanctorum excommunicationem: & ex premiſſis patuit q̃ prima duo moniali nõ profuerũt: non tñ ꝓptereã omittẽda ſunt: qõ em̃ vni eſt remediũ non ꝓpter hoc ſequit̃ qõ & alteri: ita ecõuerſo. Mã & incubos ſepe p oronem dñicam aut aq̃ aſperſionẽ: vel etiã p ange-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

natiuitate passione preciosa morte ꝛc.innotuerūt:per que etiã dyabolus victus ꝛ electus fuit.dicentur ille benedictiones:carmina:ꝛ exorcismi liciti.ꝛ hi qui practicant possunt dici exorciste:aut incantatores liciti.Juxta Jsido.viij.ethi.Jncantatores dicuntur qui artem aliquam verbis peragunt.ꝛ prima conditio consideranda: vt ex doctrina sancti Tho.ij.ij.q.xciij.elicit: vt verba non contineant aliquid quod pertineat ad inuocationem demonum expressam vel tacitam.quid sit expressa patet. quid tacita:hoc considerat̃ ex intentione ꝛ opere. Jntentione:vt vbi operans non curat siue a deo:siue a dyabolo habeat in suo opere intentū:dūmodo finem optatum consequatur ope vt vbi opus qđ facit non hz aliquam pprietatem ex natura p ducendum talem effectum.de qua non solum medici ꝛ astrologi:immo ꝛ theologi habent iudicare per quem modum nigromantici faciunt imagines:annulos:ꝛ lapides artificiales :qui vtiqz nullam habent naturalem inclinationē ad effectus quos ipsi expectant sepissime.vnde ꝛ in eorum operibus dyabolus se habet immiscere. Secundo considerádum est ne benedictiones seu carmina contineant aliqua nomina ignota.qz ꝑm Crisost.talia metuenda sunt ne in eis aliquid superstitionis lateat. Tertio.ne materia verborum aliquid falsitatis contineat:quia sic eius effectus non posset expectari a deo:cum ipse non sit testis falsitatis.sic quedam vetule in suis carminibus vtūtur rigmatizando beata virgo iordanem transiuit ꝛc. ſ. stephanus ei obuiauit:eam interrogauit:ꝛ multas alias fatuitates . Quarto.ne ibi contineantur vana et caracteres inscripti propter signum crucis vnde breuia que portantur a soldatis reprehenduntur. Quinto .ne spes habeatur:immo scribendi aut ligandi:aut in quacunqz huiusmodi vanitate que ad diuinam reuerentiam non pertineat:quia alʒ oīno iudicabitur superstitiosum. Sexto.vt in allegatione prolatione diuinorum verborum vel scripture sacre:respectus solum habeatur ad ipsa sacra verba ꝛ ad intellectuz eoꝝ:ꝛ ad dei reuerentiam seu ad virtutez diuinam a qua expectat effectus:vel ad sanctoꝝ reliquias:a quibus etiam prefata expectantur secundario:licet a deo principaliter. Septimo.vt committatur effectus qui expectatur diuini voluntati qui scit ytruz sanitas vel tribulatio plus prosit inuo

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

canti vel minus:vel an obſit.ꝛ hanc conditionem ponit Tho.
in.j.ſecunde in materia de gratia.ꝛ diſtin.xv.in.iiij. Unde con
cludamus quod ſi nulla dictarum conditionum opus infece
rit illud erit licitum.probat tho.ſuper illud Marci. vlti. Si
gna eos q̄ crediderūt.ꝛ poſt in nomine meo demonia eyciētꝛc.
ſerpentes tollent.ex quo elicit quod predictis ſeruatis condi
tionibus per diuina verba licitum eſt aſſerere ſerpentes. Item
probat premiſſa vlterius. Non minoris ſanctitatis ſunt verba
deiſquam ſanctorum reliquie:dicente Aug. Non eſt minus ver
bum dei ꝗ̄ corpus chriſti:ſed ꝑm omnes licet reliquias ſancto
rum ſecum reuerenter portare : ergo qualitercunq̄ nomen
dei inuocetur rite per orationem dominicam:per ſalutationeꝫ
angelicam:per eius natiuitatem:paſſionem:quinq̄ vulnera:ꝑ
ſeptem verba que protulit in cruce.per titulum triumphalem:
per tres clauos:ꝛ aliorum armorum militie chriſti contra dya
bolum ꝛ eius opera omnino erunt licita ꝛ ſpes poteſt haberi
in eius committendo effectum diuine voluntati. Et hoc quod
dictum eſt de coartatione ſerpentum:idem itellige de alīs ani
malibus quando ſolus reſpectus habetur ad ſacra verba ꝛad
diuinam virtutem.de ipſis tamen caute eſt agendum de incan
tationibus:quia vt dicit doctor. Tales incantatores ſepe ha
bent illicitas obſeruantias ꝛ per demones ſortiuntur effectum
precipue in ſerpentibus:quia ſerpens fuit primum demonis in
ſtrumentum ad hominem decipiendum. Nam in ciuitate ſalcz
burgēci quidam incantator erat hic quadam die ad ſpectacu
lum aliorum cunctos ſerpentes ad quandam foueam incanta
revoluit:ꝛ interimere ex ſpacio vt fertur vnius miliaris cōgre
gatis:ergo vndiq̄ ſerpentibus dum ipſe ſupra foueam ſtaret.
nouiſſime quidem ingens ꝛ horribilis ſerpens foueam intra
re difficultabat:ꝛ ſepe quaſi ipſum abſcedere permitteret:ꝛ li
ber ſerpere quo vellet motibus innuebat. Sed cum ille ab incā
tatione eius deſiſtere nolebat:alīs oībus in fouea ītereptis
q̄ ſtatim ibī moriebantˉ:ꝛ neceſſe erat vt ꝛ ille horribilis intra
ret:ꝛ ſtans ſerpens ex oppoſito cantatoris ſup foueā ſaltum fe
cit:ꝛ in ipſum incantatorem irruit ꝛ ventrem eius: vt angu
lum ſtrangens ipſum incantatorem ſecum in foueam traxit
et interemit. Qua ex re perpenditur : non niſi pro vtilitate

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ad fugandū vez ab hoim inhabitationibus talia sunt virtute diuina practicanda. ⁊ cū dei timore ⁊ reuerentia. Quo ad scdm vez qūo sunt huiusmodi exorcismi vel carmina deferenda et ad colla suspendenda: vel in vestimentis insuenda. Videtur ꝙ talia sint illicita. Nam Aug. ñ. de doctrina christiana. Ad superstitionem pertinent mille magicarum artium ⁊ ligature ⁊ remedia que medicorum quoqz disciplina condennati siue in precationibus siue in quibusdam notis quas caracteres vocant: siue in quibusdam rebus suspendendis atqz insignandis. Itez Christo. super math. Quidam aliquam partem euangelij scripta circa collum portant: sed nonne quotidie euangelium in ecclesia legitur ⁊ auditur ab omnibus: cui ergo in auribus euangelia posita nihil prosunt: quomodo eñ possunt circa collum suspensa seruare? Deinde vbi est virtus euangelij in figuris literarum: an in intellectu sensuum sit in figuris bene circa collū suspendis: si in intellectu: ergo melius in corda posita sunt: qz circa collum suspēsa. Sed hic est rñsio doctoꝝ: precipue sancti Thome vbi supra. ar. iij. vbi querit an suspendere diuina verba ad collum sit illicitum: ꝙ in oibus incantationibus vel scripturis suspensis: duo cauenda videntur. Primo quidem quid sit quod scribitur: vtrum sit ad inuocationes demonum pertinens manifeste tunc nō solū superstitiosum immo illicitū ⁊ apostata a fide iudicatur: vt supra tactum fuit sepe. Similiter etiam cauendum ne contineat ignota noia ⁊c. accipe conditiones supra positas: ⁊ tunc sicut licitum est huiusmodi super infirmos ore proferre: ita licitum est illa secum deferre. Prefati autē doctores respectum habent ⁊ damnant: cum quis ad figuras ⁊ literas scriptas maiorem haberet aduertentiam ⁊ respectum qz ad intellectum verborum. Et si dicatur: ꝙ laicus nō intelligēs verba non potest habere respectum ad intellectum eorum rñdetur: habeat respectum ad virtutem diuinam: ⁊ illam cōmittat diuine voluntati: vt faciat quicquid placitum fuerit sue pietati Quo ad tertium: an simul demon sit coniurandus ⁊ moribus exorcisandus vel econuerso: aut vnum sine altero? Responsio. Dic plura sunt aduertenda. Primo an demon semper sit quando maleficiatus affligitur. Secundo: cuiusmodi res possunt exorcisari aut adiurari. Tertio: de modo exorcisandi. Ad primū:

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

cum iuxta Damas. demon ibi est vbi opatur: videtur q̄ male-
ficatio semp̄ p̄esens sit cum eū affligat. Item in legenda bea-
ti bartholomei tunc videtur sanare demon q̄n̄ cessat a lesione.
Rn̄sio: q̄ demon p̄sens sit maleficiato ꝛ afflicto hoc p̄ot intel-
ligi dupliciter: vel quo ad suū esse vel quo ad suū effectū. Pri-
mo mō p̄sens est in principio dū maleficiū intromittit. Secū-
do modo per se nō dr̄ p̄esens in suo effectu: sicut etiā cum do-
ctores querunt an diabolus cū qualibet culpa mortali homi-
nem substantialiter inhabitat: dicūt q̄ non p̄ se: sed per suum
effectum: sicut dn̄s inhabitare dicitur seruū quātū ad suū do-
miniuz: aliud tn̄ de obsessis. Quo ad secundū: cuiusmodi res
possunt exorcisari. Notandum est sup̄ doctores tho. in. iiij. di.
vj. sententiam vbi dicit: q̄ qr̄ propter pctm̄ hois diabolus ac
cipit potestatem in hoiem: ꝛ in oia que in vsum hois veniunt
in ipsius nocumentum. Et cū etiam nulla conuenientia est x̄pi
ad belial. Ideo q̄n̄cūq̄z aliquid sanctificandum est ad cultū di-
uinum p̄ius exorcisatur: vt liberatuz a potestate diaboli qua
illud in nocumentum hois assumere poterat deo consecretur.
Et hoc ptz in benedictione aque ꝛ consecratione templi ꝛ ⁊in
oibus hmōi. Unde cum p̄ima satisfactio qua homo deo con-
secratur fit in baptismo: oportet q̄ etiam homo p̄ius exorci-
setur q̄z baptisetur multo fortiori ratione q̄z alie res: quia in
ipo hoie est causa quare diabolus potestatem accepit in alia q̄
sunt p̄opter hoiem scilz peccatum originale vel actuale ꝛ hec
significant ea que in exorcismo dicuntur: vt cum dicitur rece-
de ab eo sathana ꝛ huius: ꝛ sil'r ea que ibi fiunt. Ad p̄posi-
tum ergo cum queritur: an morbus sit exorcisandus ꝛ demon
adiurandus: ꝛ quid illorum p̄imo. Respondetur morbus nō
exorcisatur: sed ipo homo morbatus ꝛ maleficiat⁹ sicut in pue
ro non exorcisatur infectio fomitis sed puer infectus. Item si-
cut p̄ius puer exorcisatur ꝛ post diabolus adiuratur vt rece-
dat: ita maleficiatus p̄ius exorcisatur ꝛ post diabolo ꝛ ei⁹ fa-
cture imperat vt recedat. Item sicut sal ꝛ aqua exorcisan̄t: ita
maleficiato oia q̄ in ipsius vsum ꝙuerti p̄nt. vt cibaria ꝛ pota
gia exorcisare ꝛ benedicere plurimum expedit. Itez licet ritus
exorcismi tenet in baptisandis vt fiat exufflatio versus occidē
talem partem ꝛ abrenunciatio. Scō: manuz ad celū erectio

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

cum sacra fidei cõfessione xp̃iane religionis. Et tertio oro benedictio ⁊ manus ipositio. Et quarto denudatio ⁊ oleo sancto vnctio: expost baptismuz cõmunio: ⁊ candidioris vestis indutio. tñ non est necesse vt hec circa maleficiatũ exorcizãdũ fiant: sed q̃ primo pure ⁊ debite sit ꝓfessus: candelaz accẽsam si põt teneat ⁊ sacram cõionem recipiat: ⁊ loco vestis cãdide candela benedicta in longitudine corpis xp̃i aut ligni crucis nudo corpore circũligatus maneat. Dici ergo põt. Exorcizo te petrum aut barbaram infirmã: sz sacrosctẽ baptismatis regeneratam per deum viuum: per deũ verum: per deũ sanctum: per deuz q̃ te suo precioso sanguine redemit vt fias homo exorcizatus: vt effugiat atq̃z discedat a te oĩs fantasia ⁊ neq̃tia diabolice fraudis omnisq̃z spũs immundus adiuratus p eum q̃ venturus est iudicare viuos ⁊ mortuos ⁊ seculum p ignẽ. Amen. Oremus. Deus misericordie: deus clemens: q̃ ꝑm multitudinem miserationum tuarum quos diligis corripis: ⁊ quos recipis pie ad emendationem coerces. te inuocamus dñe: vt famulo q̃ in corpore patitur membrorum debilitatẽ: gratiam tuã conferre digneris: vt quicquid terrena fragilitate corruptum: q̃cquid diabolica fraude violatum est vnitati corporis ecclesie membruz redemptionis annecte: miserere dñe gemituũ: miserere lachrymarũ eius: ⁊ non habẽtem fiduciam nisi in misericordia tua: ad tue sacramentum reconciliationis admitte: per xp̃m dominum nostrum. Amen. Ergo maledicte diabole recognosce sententiam tuam: da honorem deo viuo ⁊ vero: da honorem dño iesu xp̃o: vt recedas ab hoc famulo cum tua factura: quez dñs noster iesus xp̃s suo precioso sanguine redemit. demum secundo ⁊ tertio iterum exorcizet: supra cum orationibus. Oremꝰ. Deus qui facture tue semper pie dñaris affectui: inclina aurẽ tuam supplicationibus nostris. ⁊ famulo tuo ex aduersa valitudine corporis laborantem placatus respice ⁊ visita. ⁊ salutari tuo ⁊ celestis gratie presta eis medicinã. per xp̃m dñm nostrum. Amen. Ergo maledicte diabole ⁊c. vt supra. Pro tertio exorcismo oratio. Deus infirmitatis humane: singulare presidium auxilij tui super infirmum nostrum ostende virtutem. vt ope misericordie tue adiutus vel adiuta. ecclesie tue sancte incolumis representari mereatur. per xp̃m dñm nostrum. Amẽ.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ꝛ semper aspergat cum aqua benedicta. Et nota ꝙ hic modus
prescribitur: non ꝙ omnino ita fieri debeat: aut ꝙ alij exorcis-
mi non sint maioris efficacie: sed vt modus exorcizandi ꝛ ad-
iurandi habeatur. In antiquis enim historijs ꝛ ecclesiarum li
bris interdum deuotiores ꝛ efficaciores exorcismi reperiũtur
sed q̃ in omnib⁹ dei reuerentia fit: preponendas agat ꝑm hoc
vnusquisq; quantum expediens fuerit concludẽdo propter simplices: sit modus iste exorcizandi ma-
leficiatum: vt primo puram faciat confessionez Juxta ca. alle.
sepe. si per sortiarias. Demum fiat diligens inquisitio per sin-
gulos angulos ꝛ in lectisternijs culcitris: ꝛ sub limine ostij si
fortassis instrumenta maleficij caute possent inueniri: inuenta
etiam statim sunt ad ignem projcienda. expediret etiã vt cun-
cta renouarentur in lectisternijs ꝛ indumentis habitationem:
etiam ꝛ domum mutaret. In casu vero quo nil inuentum fue-
rit: tunc exorcizandus si potest ecclesiam intrabit mane ꝛ quã-
to dies sanctiores vt festa beate virginis aut vigilie existunt:
tanto melius sacerdos etiaz confessus ꝛ in bono statu ampli⁹
proficit teneat itaq; exorcizandus candelam in manu benedi
ctam melius quo poterit sedendo: aut genua flectendo: et qui
assunt deuotas orationes pro eius liberatione fundãt. Et inci
piat letaniam inchoando. Adiutorium nostrum in nomine do
mini. ꝛ habeat respondẽtem: aspergat ipsum aqua benedicta ꝛ
ꝛ stola circundabit collum: ꝛ subinferat psalmum. Deus in ad
iutorium: ꝛ prosequatur letaniam: vt moris est super infirmos
dicendo ad inuocationẽ sanctorum ora p eo: vel orate. ꝛ ppi-
tius esto. libera eu; dñe: singula psequendo vsq; ad finem vbi
orationes sunt dicende: tunc loco orationum incipiat exorcis-
mũ: ꝛ continuabit modo prescripto: vel alio meliori: vt sibi vi
debitur. Possent etiã hmõi exorcismi continuari: ad min⁹ ter
in septimana: vt sic multiplicatis intercessiõib⁹ gr̃a obtinea-
tur sanitas. Verũ post oia cõicãdus est eucharistie sacramẽto
l; q̃dã añ exorcismũ hoc faciendũ putãt: ꝛ in confessione atten
dat cõfessor si aliquo vinculo excõicationis esset innodatus: vl̃
si vnq; temere innodat⁹ absolutionẽ a suo iudice non recepis-
set. tunc eñ l; ad cautelam eum absoluat: tñ reddita sospitate

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

a ſuo iudice q̄ eum ligauerat q̄rat. Attendendum q̄ vbi exor-
ciſta non hz ordinē exorciſtatus: tūc ꝓcedere pōt per oz̄ones: ꝛ
ſi legere nouit ſcripturas legat euāgelia quatuor prima euāge
liſtarū. Jtē euangeliū. Miſſus eſt angelus. Et paſſionez dñi. q̄
oīa magnam habēt virtutē ad expulſionem operum diaboli.
Jtē euangelium ſancti iohannis. In principio erat verbū ſcri-
batur: ꝛ ad collum infirmi ſuſpendat̄: ꝛ ſic gratia ſanitatis a
deo expectetur. Uerum ſi q̄s quereret de differētia inter aque
benedicte aſperſionem ꝛ exorciſmum cū vtrūq̄ in effectu con
tra demonis moleſtiam ordinatur. Rñdit ſanctus Tho. vt ſu-
pra di. vj. diabolus impugnat nos ab exteriori ꝛ interiori. Aq̄
ergo benedicta ordinatur contra impugnationē diaboli: que
eſt ab interiori. Sed exorciſmus contra impugnationē diabo
li q̄ eſt ab exteriori. vnde illi contra quos datur dicunt ener-
gumini: ab en q̄ eſt intra ꝛ geron labor: quaſi intus laboran
tes. In maleficiato ergo exorciſando vtrunq̄ abhibetur cum
vtrobiq̄ moleſtentur. Uerum quo ad ſecundū principale q̄d
agendum vbi gratia ſanitatis per exorciſmos non obtinetur.
Rñſio. hz ſex ex cauſis hoc fieri poſſit. eſt tñ vna ſeptima ſuper
quam iudiciū noſtrum ſuſpendit. Mā ꝙ aliquis nō liberatur:
aut hoc eſt propter paruitatē fidei circunſtātiuz: aut ipm egro
tum offerentium. Aut propter peccata maleficium ſuſtinentiū:
aut propter accommoda remedia adhibere negligentiuz: aut
propter exorciſte aliquod in fide vitium: aut propter reveren-
tiam virtutum in alio exiſtentium propter purgationē vel me
ritum maleficiū patiētium. De primis quatuor docet euāgeli-
ca virtus. Mathei. xvij. et Mar. ix. In patris vnice filij ſui
lunatici ꝛ diſcipuloꝝ xp̄i p̄ſentia. Primo em̄ afferens vt tur-
ba fide carebat. vñ p̄ cū lachrymis orauit. Credo. dñe adiu-
va incredulitatez meā: ꝛ ad turbam ieſus ait. O generatio in-
credula ꝛ peruerſa quouſq̄ ero vobiſcum? De ſecundo: videz
de ſuſtinente demonem: ieſus increpabat eum: ſcz filium: quia
beatus Hiero. ibi dicit propter pctā ſua a demone fuerat op-
preſſus. De tertio. de neglectu debitorum remediorum ptz: q̄
non fuerūt p̄ntes boni ꝛ pfecti viri. Unde Criſo. ibi dicit. Co-
lūne fidei: videz. Petrus. Jacobus: ꝛ Johannes nō aderāt ſi-
cut in tranſfiguratione xp̄i preſentes erant. Hec oratio ꝛ ieiu-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

nium aderāt. Sine quib⁹ xp̄s ait: hoc genus demoniorum nō
ejcitur. Unde orige. ibi dicit. Si aliqñ oportuerit circa oratio
nem aliquid patientiū remanere non admiremur: neqz inter
rogamus: neqz loquamur q̄si audienti spū immundo: sed abi
gamus ieiuniis ꝛ orationib⁹ nostros spūs malignos. ꝛ glo. di
cit. Hoc genus demoniū. id est ista carnalium voluptatum mu
tabilitas ad quem. s. spūs ille inclinabat non vincit: nisi spūs
orationem confirmet: ꝛ caro per ieiuniuz maceret. De quarto
exorciste vitio: p̄sertim. s. in fide. Patet ibidem de xp̄i discipu
lis pñtibus. Unde postea secreto discipuli querētes causaz sue
impotentie. Rñdit propter incredulitatem vestram. Amen di
co vobis: si habueritis fidem sicut granū sinapis: dicetis mōti
huic tollere ꝛc. Ubi Hylarius. Crediderunt quidem aposto
li: sz nondum erant pfecti in fide. Nam dño in monte morante
cum alīs trib⁹. ꝛ illis cum turba residentibus q̄dā tepor eorū
fidem relaxauerat. De quinto. patet in vitaspatrum. vbi legi
mus aliqñ obsessos non liberatos per sanctum anto. sed p di
scipulum eius paulū fuisse liberatos. De sexto patuit supra. qz
non semper cū quis liberatur a culpa liberatur a penis: sz re
manet interdum pena in vindictam ꝛ satisfactionem p̄cedēn
tis delicti. ꝛ adhuc aliud remedium de quo ferī q̄ plures fue
rint liberati: videlz q̄ maleficiati de nouo fuerint baptizati: lz
sub cōditione sup quo vt premisi nil determinare audem⁹. Ue
rissimum tñ existit q̄ cum debite quis ante baptismum nō fuit
exorcisatus vtiqz diuina pmissione diabolus semp maiorē re
cipit in talem potestatem. ptz ex p̄missis: nec ambiguū est quin
plures negligētie siue a sacerdotibus non bene dispositis vbi
iam quartum impedimentum p̄notatum tāgitur: videlz exor
ciste vitium cōmittunt: siue a vetulis que tempore necessitatis
debitum modū baptizādi nō seruant. Nec tñ asserere volo q̄n
sacramēta a malis conferri possint. ꝛ q̄ immo quantūcūqz ma
lus baptizat ꝛ cōficit: dummodo debite sub debita formaver
borum materia in intentione baptizat ordinatus ꝛ conficere
intendat. sic a simili in exorcizando rite p̄cedat. ꝛ non suffusus
aut violentus. vñ ꝛ sine actuali vel habituali intētiōe ꝛ vtinaz
non cespitando: ꝛ verba necessaria obmittēdo. hmōi sacris of
ficijs se immisceatur. Reuera sicut ad conficiendum quatuor

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

essentialia deseruiunt: scilz materia: forma: intentio: ordo: mo/
dis tñ pretactis. ⁊ vbi vnū defuerit: nec ꝓficere poterit: ita cir
ca exorcismos suo modo asserere oportet. Nec obiectio valet
ꝙ sine exorcismis in primitiua eccl'ia baptisabantur: aut etiaz
ꝙ nunc caracterem baptismalem sine eo valeat baptisatus re/
cipere qz sic Grego. inuanum exorcismos instituisset: ⁊ ecclesia
in suis cerimonijs potius erraret. Quare nec ausus sum omni
no reprehendere q̄ maleficiatos sub conditione vellent reba/
ptisare: ⁊ neglecta fortassis recuperare. Fertur etiam de illis q̄
nocturno tempore in somnis per alta edificia sine lesione solēt
incedere: quod vtiqz opus esse maligni spūs tales sic deferen/
tes plures asserūt hi cum rebaptisantur meliꝰ habere noscun
tur. ⁊ mirū ꝙ vbi noibus proprijs annuūt: subito ad terrā col
liduntur: acsi fortassis illud nomē non debite in baptismo fue
rit impositū. Expedit lectorem esse attentū super sex illa impe/
dimēta: lz em̄ super energuminos aut possessos ⁊ non sup ma
leficiatos sonāt: tñ qz equa virtꝰ vtrobiqz requirit diuina: im/
mo dici potest ꝙ maioris sit difficultatis maleficiatum curare
qz energuminum aut possessum. ideo illa impedimēta si ibi pñt
habere locū ⁊ a fortiori sup maleficiatos: qđ tali rōne ꝓbatur
Nam vt supra patuit ca. x. possident interdum pro nullo pro/
prio delicto: sz p leui alieno: ⁊ varijs alijs de causis. In malefi
cio aūt qñ adulti maleficiunt vtplurimum eis contingit: qz in
aie necationem grauissime a demone ab intus possident. Uñ
duplex labor circa maleficiatos vbi simplex circa possessos ab
extra reqritur de hac grauissima possessione. Cassia. colla. ab/
ba. sereni dicit. Illi sunt veri miseri ac miserabiles iudicandi:
qui cum se vniuersis criminibus flagitijsqz contaminant: non
solum nullum in eis verisimr signuz diabolice suppletiōis ostē
ditur: sed nec alique q̄dem operibus eoz cōdigna tētatio: nec
vllum flagellū correptionis infertur. Nō em̄ merent celerem
tpis istius expeditāqz medicinam: quoz duritia ⁊ impenitens
cor penam vite pñtis: excedens thesaurizāt sibi ipsis irā ⁊ indi
gnationē in die ire ⁊ reuelatiōis iusti iudicij: in quo vermis eo
rum nō extinguetur. Et iterum idē Cassianus comparādo cor
porale possessionem ad aie per petrim̄ pauloante dicit. Multo
grauius inqt constat illos vehemētiusqz vexari: q̄ cum corpo/

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

raliter ab ipſis affligi minime videantur:aīo tamen pernicio-
ſius poſſidentur eoꝝ:ſcz vitiīs ⁊ voluptatibus inuoluti. Secū
dū apli nāqz ſententiam a quo qs ſuperatur eius ſeruus effici-
tur:niſi ꝙ in hoc iſti deſperatius egrotāt:⁊ cum ſint eorū man
cipia nec impugnari ſe ab illis nec dñatum eorūz ferre cogno
ſcunt. Ex qbus elicitur ꝙ a fortiori maleficiati in corpore:non
tñ poſſeſſi a demone ab extra ſed ab intra quo ad aīe necatio-
nem grauius ꝓpter plura impedimēta ſanant. Quo ad tertiū
principale.ſ.quo ad remedia notandū ꝙ qr opera illa ſunt du
plicia. Licita oīno ⁊ non ſuſpecta:aut ſuſpecta ⁊ non oīno li-
cita.⁊ de ꝑmis.s.tactum eſt immediate.c.v.circa finez.vbi du
bitatio ponit ſuper herbas aut petras vt maleficia repellant
quomodo hoc licitū ſit. De ſecundis vero remediīs que vidē-
tur eſſe ſuſpecta:non tñ oīno licita:nunc tractandū aduertere
oportet ea que in ſcdo principali huius ſcde partis opis tacta
ſunt de quatuor remediīs:quorum tria cēſent illicita. q̄rtum
aūt non oīno licitum ſed vanū. de quo ⁊ canoniſte loquūtur ꝙ
licitum eſt vana vanis cōtūdere. Sed qr nos inqſitores huius
opinionis ſumus cum ſanctis doctoribus. ꝙ in caſu quo reme
dia per ſacra verba ⁊ exorciſmos licitos non ſufficiunt:et hoc
propter impedimenta ſuperius tacta in numero ſex aut ſeptez
ꝙ tunc tales maleficiati hortandi ſunt ad patientiam equani-
miter ad tolerandum mala preſentis vite in ſuorum criminuz
purgationem:⁊ non vlterius querere quocunqz modo ſuper-
ſtitioſa ⁊ vana remedia. Ideo ſi qs ꝑmiſſis licitis exorciſmis
non contētus ad hmōi vana ad minus remedia de qb⁹ ſupra
tactum eſt ſe tranferre voluerit ſciat hoc non noſtra voluntate
aut admiſſione fieri:ſz ꝙ poſita ⁊ enucleata fuerūt ibidē talia
remedia factū fuit:vt tantorū doctorum.vt Scoti ⁊ Hoſtien.
ꝛc.ex parte vna ⁊ aliorū theologorū ex parte altera dicta quo-
cūqz modo concordarentur. Fatemur ergo cū ſancto Auguſti
no in quodā ſermone ꝓtra ſortilegos ⁊ diuinatores. Et intitu-
latur ſermo de augurīs vbi dicit. Fratres noſtis me frequēti⁹
ſupplicaſſe vt ꝓſuetudines paganorum ⁊ maleficorūz minime
ſeruare deberetis ſed hoc ꝑficit apud aliquos parum. Et quia
ſi vobis non dixero pro me ⁊ pro vobis redditurus ſuz in die

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſudicꝫ rōnem ⁊ vobiſcū mihi neceſſe erit eterna ſupplicia ſuſti
nere. Ergo apud deū me abſoluo dū iterū atq; iterum ammo
neo ⁊ cōteſtor vt nullꝰ ex vobis diuinos aut ſortilegos requi
rat nec eos de qualibet re: aut cauſa: aut īfirmitate interroget
qr quicūq; fecerit hoc malum ſtatim peribit in eo baptiſmi ſa
cramentum: ⁊ cōtinuo ſacrilegus ⁊ paganꝰ efficitur: ⁊ niſi pe
nitentia ſubuenerit ſtatim ineternum peribit. Et poſtea ſubdit
nullus dies exeundi ⁊ redeundi obſeruat. fecit em̄ deus om
nia bona valde: ⁊ qui vnum diem ⁊ alterū ſtatuit: ſed quotiēs
neceſſitas vrget faciendi aliqd: aut exeundi: ſignate vos in no
mine xp̄i: ⁊ ſymbolum vel orationem dn̄icam fideliter dicen
tes ſecuri in dei adiutorio agatis. His autem quidā ſupſtitio
ſi ⁊ filij huius ſeculi non contenti errores erroribus accumula
re volentes vltra intellectū ⁊ intentionē Scoti ⁊ canoniſtarū
his argumentis ſe defendere conant. Quia em̄ res naturales
habent quaſdam virtutes occultas. quarū rō ab hoīe aſſigna
ri non pōt: ſicut ⁊ adamas trahit ferrū. Et multa alia que Au
guſt. xxj. de ci. dei enumerat. Ideo inquire de hmōi rebus pro
ſanitate acquirenda vbi exorciſmi ⁊ naturales medicine defi
ciunt non erit illicitum: lz videatur vanum. hoc autē fieret vbi
q̄s per imagines nō nigromanticas: ſed aſtrologicas: vel per
annulos ⁊ huius ſanitatē in ſe vel in alio procurare vellet. Itē
arguunt. Sicut corpora naturalia ſubduntur corporibus ce
leſtibus: ita etiam corpora artificialia: puta imagines ſortiun
tur quaſdam virtutes occultas ſpeciem cōſequentes ex impreſ
ſione corporum celeſtium: ergo etiā corpora artificialia: puta
imagines ſortiuntur aliquā virtutem occultā a corporibus ce
leſtibus ad aliquos effectus cauſandos: ergo vti eis ⁊ alīs hu
ius non eſt illicitum. Preterea demones p̄nt multipliciter cor
pora trāſmutare: vt Augu. iij. de trini. dicit: ⁊ patet in malefi
ciatis: ergo licet vti etiam eoꝝ virtute ad tollendum illa. Sed
reuera in oppoſituꝫ ſunt dicta oīm ſctōꝝ doctorum: vt ſatis ⁊
ſparſim hincinde patuit. Uñ ad primū dicitur q̄ ſi res natura
les ſimpliciter adhibent̄ ad aliquos effectꝰ p̄ducēdos ad q̄s
putant̄ hīe naturalē virtutē nō eſt illicitū. Si vo adiungant̄.
vel caracteres aliq̄ vel alique quecūq; ignota ⁊ vane obſerua
tiones que manifeſtū eſt naturalē nō habere ſuꝑ hoc efficaciaꝫ

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

erit superstitiosum ⁊ illicitū. vnde sanctus Tho. ij. ij. q. xcvj. ar. ij. in pede qōnis tractās hanc materiā dicit: q in his que fiunt ad aliquos effectus corpales inducēdos vtputa sanitatē vel alī quid huius ꝯsiderandum est vtrū videantᷣ naturaliꝝ posse tales effectus causare: ⁊ qꝛ lz causas naturales adhibere ad suos effectus: ideo non est illicitum. Si aūt videantᷣ non posse naturaliꝝ tales effectus causare ꝯsequens est q nō adhibentᷣ ad hos effectus causandos tanq̄ cause: sz solū quasi signa: ⁊ sic ptinent ad pacta significationū cū demonibus inita. Unde Augu. xxj. de ci. dei, alliciuntur demones per creaturas quas nō ipsi sed deꝰ condidit delectabilibus p̄ sua diuersitate diuersis: non vt aīa lia cibis: sed vt spūs signis pervaria genera lapidū: herbaꝝ lignoꝝ: aīalium: carminū rituū. Ad scōm dicit idem doctor virtutes naturales corpoꝝ naturalium ꝯsequuntur eoꝝ formas substantiales quas sortiuntᷣ ex impressione corpoꝝ celestiū ⁊ iō ex eorūdem impressione sortiuntᷣ quasdam virtutes actiuas. Sed corpoꝝ artificialiū forme p̄cedunt ex ꝯceptione artificis: ⁊ cū nihil aliō sint q̄ cōpositio: ordo: ⁊ figura: vt dī. j. phȳsi. nō possunt habere naturalē virtutem ad agendū: ⁊ inde est q ex impſ sione celestiū corpoꝝ nullam virtutē sortiuntᷣ inquantū sunt artificialia: sz solum ꝑm materiam naturalē: falsum est ergo quod Porphyrio videbatᷣ. vt Aug. dicit. x. de ci. dei. herbis: lapidibus: ⁊ aīantibus: ⁊ sonis certis: quibusdam etiā vocibus ⁊ figurationibus ac figmentis quibusdā etiā obseruatis in celi auersione. motibus sȳderū fabricari in terra ab hoībus ptātes idoneas varijs effectibus sȳderū exequendas: quasi effectus magicaꝝ artiū ex virtute celestium corpoꝝ p̄uenirent. Sed sicut Augu. ibi subdit totuz hoc ad demones pertinet ludifactores animarum sibi subditarū. Unde etiam imagines quas astronomicas vocant ex operatione demonum habēt: cuius signū est eis inscribi quosdam caracteres que naturaliꝝ nihil operantᷣ: non em̄ est figura principiū actionis naturalis: sz in hoc distāt astronomice imagines a nigromanticis: q in nigromāticis fiunt expresse inuocationes. vnde ⁊ ad exp̄ssa pacta cū demonib⁹ inita ptinent. Astronomice ad tacita pacta propter figurarum ⁊ caracterum signa. Ad tertium: non est homini ptās super demones cōmissa vt eis licite vti possit ad quodcūq̄ voluerit: sed es

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ei ꝯ demones bellū indictū. vnde nullo mō ꝫ hoī demonū auxilio vti per pacta tacita vel expressa. hec Tho. Ad ppositum: qr dicit nullo mō: nec etiā quibuscūqz vanis q̄bus vcz se demō quocūqz modo possit immiscere. Si tñ sunt adeo vanavt ꝛ fragilitas hūana p recuperāda sanitate illa aggredit: doleat de preteritis: caueat de futuris: orat vt sibi debitū dimittat: ꝛ in tentationem non amplius inducat inquit Aug. in fine regule.

¶ Remedia ꝯ grādines ꝛ sup iumēta maleficiata. La. vij.

QUalr deniqz iumēta maleficiata possint remediari sil'iter ꝛ tempestates aeris. Notanda sunt primo q̄dam remedia illicita: que a quibusdā practicantur Nam quibusdā verbis aut factis supstitiosis: vt q̄ vermes in digitis aut membris per quedā ꝟba et carmina illicita curāt. de quibus carminibus qualiter cognoscuntur vt sint licita vel non in precedenti. c. tactū est. Alij sunt qui sup iumēta maleficiata non aquā bñdictam spargūt: ꝫ oī infundunt. Primum remediū verboꝝ esse illicitū vltra p̄missa. Buil. sepe allegatus sic demonstrat. Si em̄ verbis inesset virtus ꝛ dicamus verbis vt verbis: tūc ex q̄nqz modis eēt vnus: vel ex pte materie. i. aeris aut ex pte forme: hoc ē soni. aut ex mō significādi. aut ex pte oīm sil'. Nā primū: qr aer nō īterficit nisi sit venenosus. sonus etiā nō: qr excellēs obiectū corrūpit potentiam nec tertiū qr tūc nomē ħ dyabolus vel mors īferius illa nocerēt semp ꝛ sanitas bonitas semp p̄desset. Itē nec oīa sil': qr totum aggregatū ex ptibus inualidis etiā totū est inualidū. Nec vz si obīcit deus ꝓtulit vim ꝟbis sicut herbis ꝛ lapidibꝫ: qr si que virtutes insunt quibusdā ꝟbis aut sacramentalibꝫ: aut alīsbñdictionibꝫ ꝛ carminibꝫ licitis has hñt in se nōvt v̄ba ꝫ ex institutione ꝛ ordinatiōe diuina ꝛ ex pacto dei: sicut si dñs diceret q̄cunqz hoc fecerit faciā ei hāc gr̄am: ꝛ sic ꝟba in sacr̄is efficiūt qđ signāt. cuius ꝑm alios etiā hñt virtutem intrinsecā: ꝫ prima opinio: qr iā deseruit: iō amplectit. De alīs aūt ꝟbis ꝛ carminibus ptz ex p̄missis q̄ vt ꝟba sunt ꝟba cōpositavel plata aut figurata nihil efficiūt: ꝫ inuocatio noīs diuini ꝛ obsecratio que est p̄ sacra quedā ptestatio cōmittendū effectū diuinevolūtatiꝑ sunt. Remedia ēt opeꝝ que illicita videnr̄ vt supra tactū est. Et etiā vbi in ptibus sueuit plurimū practicat: q̄ prima die mañ

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ante ortū solis mulieres villane exeūt: ⁊ ex fluuis vel arboribus deferunt ramos de salicibus aut alias frōdes: ⁊ ad modū circuli plectentes in itroitu stabuli suspendūt: asserētes qꝫ p integrū annū iumēta cūcta illesa a maleficis remanēt ⁊ pseruant. hoc qdem remediū ſm opinionē illoꝝ qui dicūt vana vanis ꝙtunde re posse nō esset illicitū: sicut nec etiā q per carmina ignota morbos expellerēt. Sed sine offensiōe pcedendo dicamus qꝫ si prima die vel scōa mulier vel quicūqz egrediat nō hns respectū ad solis occasum vel ortū colligit herbas: frōdes: aut ramos: cum ore dñica aut symbolo fidei suspendit illa sup ostiū stabuli bona fide cōmittens effectū custodie diuine voluntati nō erit reprehensibilis: vt. s. in pce. ca. ex ꝓbis hiero. ⁊ habet. xxvj. q. vl. Iz herbas ⁊ petras habere etiā sustinēti demoniū sine incantatione. Ad idē sunt qui in tra vineas aut segetes signū crucis frōdes aut flores bñdictos in die palmaꝝ ꝙtinent erigunt ⁊ asserunt: qꝫ vndiqz frugibus per grādines lesis segetes in eoꝝ campis illesi remanserūt. De q̄bus iuxta distinctionē tactam discernendū vī. Ad idem. Sunt que p conseruatiōe lactis: nevcz vacce per maleficia priuentur integrum liquorem lactis quem die sabbati colligunt pauperibus gratis pro deo distribuunt: ⁊ per huiusmodi elemosynam asserunt: vaccas etiam sub vberta te ampliori lactis a maleficys preseruari. In quo opere nihil superstitiosum iudicatur: dummodo pietatis causam quā pauperibus exhibent etiam diuinam pietatem implorare p cōseruatione iumentorum taliter proponunt: vt tamen affectum custodie diuine prouidentie pro suo beneplacito relinquūt. Preterea nider in suo preceptorio. precepto. j. ca. dicit: qꝫ etiam per carmina scripta ⁊ verba sacra licet iumenta sicut homines infirmos benedicere ⁊ per ea que incantationis speciem habere videntur: dummodo septem premisse conditiones significant: dicit enim quod a deuotis personis ⁊ virginibus experientiam habuerit: qꝫ adhibito signo crucis supervaccam ⁊ dominicam orationem cum salutatione angelica trinies vel circiter cessat opus demonis: etsi est per maleficium. Et in suo formicario constat: quod malefici de ritibus ecclesie veneratis: et seruatis sua maleficia prediri fatentur: vt per aque benedicte aspersionem per salis consecrati sumptionem per candela-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

rū in die purificationis: ⁊ palmarū in die palmaꝝ ꝯsecratarum vsum licitum ⁊ similia: qz ad hoc talia ecclesia exorcisat vt vires demonis imminuant. ¶Preterea qz malefice quando volūt iumentū priuare liquore lactis solēt ex illa domo in qua iumentum moratur modicum lactis: vel butyri: ex illo iumēto coagulatum petere: vt ⁊ si ꝯsequenter valeant per suam artem iumentum maleficiare. Ideo sint caute mulieres a quib⁹ suspecte huiusmodi petunt ne eis in minimo mutent aut donēt. ¶Preterea sunt certe mulieres que duz sentiunt: ꝙ in coagulando butyrū nil pficiunt: sicut in vasis oblongis ad hoc aptis laborare solent: tunc si subito ex suspecte malefice domo modicū butyri habere possunt: tria frustra seu bolos ex illo butyro faciunt: ⁊ sub sanctissime trinitatis inuocatione patris ⁊ filij ⁊ spūssancti illa frustra in vasculū pīciunt: ⁊ sic omne maleficium fugatur. Ubi iterum incidit. Uanum vanis ꝯtundere tantūmodo ex eo: ꝙ butyrū a malefica suspecta habet mutare: ꝙ si absq; hoc sub inuocatione sanctissime trinitatis oīonem dn̄icam adiūgendo: etiā si de ppio butyro siue alieno si ppium non haberet tres petias immitteret effectum diuine voluntati committens irrepre hensibilis maneret: lz commendanda non esset ppter tres: vz petias butyri immissas commendanda aūt si per aspersionem aque bn̄dicte salis exorcisari immissionem cum oīonevt. s. maleficiū fugaret. ¶Preterea qz sepe oīa iumenta maleficijs interficiunt: aduertere debent q̄bus talia accidunt ⁊ sub limine ostij stabuli aut p̄sepe vel vbi adequantur: terra amoueat: ⁊ alia terra cum aspersiōe aque bn̄dicte ad illa loca reponat: qz sepe malefice fasse sunt maleficij aliqua instrumenta ad illa loca occultasse fasse: ꝙ ad instantiam demonum tm̄modo foueam facere habeant. Demon aūt maleficium reposuisse qđ quidem maleficium res vilissima erat: vt lapis lignum vel mus aut serpens aliquis: constat em̄ ꝙ dyabolus maleficia operatur per se nec in illis rebus indiget ꝯsensu aut ⁊ perditionem malefice querit: vnde ⁊ ip̄am aliqui modo cooperari cogit. Contra grādines vero ⁊ tēpestates vltra ea que supra de signo crucis erecto hoc remediū pcacticat: lapilli enim tres ex grandine in ignez sub inuocatione sanctissime trinitatis subīciūtur: oratio dn̄ica cū angelica salutatiōe bis aut ter adiungit: euangeliū ioannis

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

In principio erat verbū cū signo crucis vndiqz ꝑ tempestatem ante ⁊ retro ⁊ ex omni pte terre subinferr̄. Et tūc cum in fine replicat trinies verbum caro factum est: ⁊ trinies expost dixerit: per euangelica dicta fugiat tempestas ista. subito si quidem tēpestas ex maleficio fuit ꝓcurata cessabit: hec verissima experimenta nec suspecta iudicanr̄: hoc ipm enim ꝙ lapilli in ignem ꝓiciuntur si absqz inuocatione diuini nois fieret: superstitiosum censeretur. Qđ si dicatur: nunqd sine illis lapillis sedari possit tēpestas. Rñdetur vtiqz per alia sacra verba. Proiiciens aūt intendit dyabolū molestare dū eius facturā per inuocatiōnē sanctissime trinitatis destruere conatur. Ad ignem potiusqz ad aquam ꝓiicit, qr citius dum resoluuntur, eo etiam citius factura destruitur, effectum tñ custodie diuine voluntati cōmittit. Est ad hoc ꝙ malefica quedam a iudice interrogata an per aliquē modū tēpestates a maleficis cōcitate sedari possunt: Rñdit. pñt per hoc vez. adiuro vos grandines vt ventos ꝑ quinqz vulnera xp̄i ⁊ per tres clauos qui eius manus ⁊ pedes pforarunt, ⁊ per quatuor euangelistas sanctos: matheū: marcum: lucā, ⁊ ioannem. vt in aquam resoluti descēdatis. Fatenr̄ etiaz multe ez quedā sponte quedā in torturis ⁊ difficulter, ꝙ quīqz sunt ꝑ que multū impediunr̄. Aliqñ in toto, aliqñ in pte, aliqñ ne in personam hois fiant, aliqñ ne in suis amicis. Et sunt fidē integram vel dei precepta seruantibus se signo crucis ⁊ oīone munientibus. Ritus ⁊ cerimonias ecclesie colētibus publicaz iusticiam bñ exequentibus, ⁊ xp̄i passionem verbo vel mente ruminantibus. Unde ⁊ nider vbi supra. Ea de causa vniuersalr vel cōiter in ecclesia campane ꝓ auram pulsanr̄, tum vt tanqz tubas deo consecratas demones recedant a suis maleficijs. tum etiam vt populus excitatus deum ꝓ tempestates inuocet. Et eā dem ob causam cum altaris sacramento ⁊ sacris verbis ad auram sedandam procedit communiter ex antiquissima ꝓsuetudine ecclesiaz in gallia ⁊ in germania. Sed qr hic modus circa deportationem sacramenti ad auram sedandam videtur multis quoddaz superstitiosum, non intelligentes regulas ꝑ quas agnoscitur aliquid superstitiosuz vel non. Ideo considerandū est, quod quinqz dantur regule seu' considerationes per quas q̄ libet cognoscere potest, An opus deo exhibitum sit superstitio

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſum.i.ſupra modum xp̃iane religionis obſeruatū.vel fit ad debitum cultum ⁊ honorem deo exhibendum tam in cordis quā corporis actibus ex veravirtute religionis ꝓgrediens.iſta em̃ eliciuntur ex glo.ſup illud apoſtoli ad Collo.ij.que ſunt rōnem habentia ſapientie in ſuperſtitione que dicit.Superſtitio eſt religio ſupra modum ſeruata.vt etiam ſupra tactum eſt. Prima eſt.q̃ in oībus operibus noſtris cum gloria dei debeat eſſe principalis finis noſter.Juxta illud.ſiue manducatis.ſiue bibitis: ſiue aliud q̃d faciatis.oīa in gloriam dei facite. Ideo in omni opere ad religionem pertinens xp̃ianam:attendaī an opus fit ad gloriam dei ⁊ homo in ope det principaľr gloriam deo, ita q̃ per ip̃m opus ⁊ mens hoīs deo ſubijciaī.Et q̃dam ꝫ ꝓpter hanc regulam cerimonialia vel etiam iudicialia veteris teſtamēti iam in nouo non exercentur.cuꝫ ſciamus illa ſub figura.hec aūt in veritate iam eſſe ꝓpalata.tamen deportatio ſacramenti vel reliquiarum ad auram ſedandam non videtur ꝫ hanc regulam militare. Item cum ſcōa regula ſit q̃ attendaī an opus q̃ fit fit ad corporis exercitium.vel refrenatiuum ꝯcupiſcentie vel abſtinentie corporalis.modo tñ virtuti debito. hoc eſt ſm ritum eccleſie.vel ſm moralem doctrinā.q̃ apl̃s dicit Ro. xij. Rōnabile ſit obſequium veſtrum.⁊ ꝓpter hanc ſcōam regulaꝫ fatue faciunt vouentes non pectinare caput ſabbato.vel ieiunare die dñico.tanq̃ meliori die.⁊ ſimilia.non vī iterum q̃ deportatio ſacramenti ⁊c.ſit ſuperſtitioſum. Itē cum tertia regula ſit q̃ attendatur an opus ſit ſm ſtatutum vniuerſalis eccleſie. vel ſm ſacre ſcripture teſtimonium.vel ſaltem ſm particularem eccleſie ritum.aut de conſuetudine generali.que ſm Auguſtinuꝫ ꝓ lege habenda eſt.Unde ⁊ beatus Gregorius ſcribit angelicorum epō conquerenti q̃ ſunt diuerſe eccleſie conſuetudines in miſſarum celebratione.reſpōdit Gregorius.vt ſiue in romana.ſiue in galliarum.ſiue in quacunq̃ eccleſia aliq̃d inueniſti q̃ plus omnipotenti deo poſſit placere ſollicite eligas.diuerſe enim conſuetudines eccleſie in cultu diuino in nullo veritati repugnant.⁊ ideo ſeruande ⁊ eas ꝓterire illicitum eſt.Ideo vt in principio tactum eſt antiquiſſime conſuetudines eccleſiarū gallie.⁊ quarundā germanie cum decreuerint euchariſtiam ad auram deportare nō poterit hoc eſſe illicitum, verū q̃ non in

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

patulo. sed in sacrario abscondito ⁊ incluso. Jtē cum quarta regula sit qꝫ inspiciatur qꝫ opus qđ fit habeat naturalem ꝓprietatem ad effectum qui expectatur. alꝫ eñ si hoc nō hz censeꝫ superstitiosum. ex qua consideratione caracteres ignoti ⁊ noīa suspecta etiam imagines astronomice ⁊ nigromātice refutantur oīa tanꝯ suspecta. Jdeo ⁊ ex hac consideratione non possumus dicere qꝫ deportatio reliquiaꝝ aūt eucharistie ꝯ dyabolicas infestationes sit superstitiosum. immo religiosissimum. cum ibi tota salus nr̄a ꝯ aduersariū contineaꝫ. Jtē cū quinta regula sit vt attendaꝫ qꝫ opus qđ fit nō p̄beat occasionē scādali vel ruine qz tūc lz nō esset supstitiosum: tñ ꝓpter scandalū esset dimittendū vel differendū: vel occulte sine scādalo faciendū. Jdeo si deportatio talis sine scādalo fieri pōt vel saltē occulte: tūc nō est omittendū. Ex ista eñ regl'a sepe omittunt̄ bñdictiones p̄ba deuota: siue sup infirmos: siue vt ad collū alligent̄. ⁊ hoc a secularib⁹ omittunt̄. dico qꝫ saltim nō publice fiunt: vbi occasione ruine in alīs simplicibus p̄stare possent. Hec sufficiant quo ad remedia ꝯ grandines per verba ⁊ opera licita.

¶Remedia quedam occulta ꝯ quasdam occultas demonum infestationes. Cap'm. viij.

SEd iā iterū suspendit̄ iudiciū ad scribendū remedia cōtra quedā terre frugū nocumēta: que per vermes īterdū ⁊ cinifes. ꝑ turmas ad lōgissima terraꝝ spacia in aere volātes: ita vt supficiē terre coopire videant̄ radicitus cūcta virentia: tam in vinetis qꝫ segetibus ⁊ graminibus ꝙsummatis immittunt̄. Jtem remedia ꝯ pueros ope demonū cābitos. Ad primū tñ dicendum iuxta sanctuz Tho. ij. ij. q. xc. vbi petit. An liceat adiurare irrōnalem creaturā? ¶Rñdit qꝫ sic per modū tñ cōpulsionis: que referri tunc dz ad dyabolū: qui in nocumentū nostrum vtit̄ irrationalibus creaturis: ⁊ talis est modus adiurandis in ecclesie exorcismis: per quos demonum ptās excludit̄ ab irrationabilibus creaturis. Si eñ intētio referreꝫ quo ad irrationalē creaturam quo ad se: que nihil intelligit vana esset. Ex quo daꝫ intelligi qꝫ per exorcismos licitos ⁊ adiurationes p̄nt depelli: diuina tñ assistente clementia taliter vt prius populo ieiunia: ꝓcessiones: ⁊ alie deuotiones iniungantur, ꝓpter adulteria enim ⁊ multiplicationem]criminum

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

hmõi mala immittunt. vñ ad ꝓfessiones hoies inducẽdi sunt
In nõnullis etiã ꝑincijs excõicationes fulminant: sed tũcvim
adiurationis sup demones sortiuntur. Est alia horribilis dei
permissio sup hoies: vbi interdũ mulierib⁹ subtractis ꝑprijs fi
lijs et pueris alieni a demonibus supponunt: et hi q̃dem pueri
vulgariter cãpsores in almanico zvechselkind nũcupati sunt in
triplici differentia. Nam aliq̃ sunt semp macilẽti eiulantes: cũ
tñ quatuor mulieres nulla vbertate lactis vnum lactare suffice
rent. Aliquivero sunt incubox demonũ opere ꝓducti: quox tñ
filij nõ sunt: sz ꝑprie illius hois et viri cuius semen receperunt
vt succubi: vel in somnis viros polluentes hos eñ pueros in
terdũ diuina ꝑmissione supponunt: subtractis ꝑprijs filijs. Est
et tertium genus vbi interdũ demones in specie ꝑaruulorũ ap
parentes: nutricib⁹ se ꝯiungunt. Cõe in oibus tribus ꝙmultũ
põderosi macilẽtes nõ crescunt: et nulla vbertate lactis vt ꝑmis
sum est lactantur. Et sepius dicunt euanuisse. Quare aũt diui
na pietas talia ꝑmittit: dici põt ꝙ ex duplici cã. Primo qr pa
rentes pueros nimis diligunt: vñ ꝑpter eox vtilitatẽ talia per
mittuntur. Scõo: qr ꝑsumendum est ꝙ hmõi mulieres q̃bus
talia accidunt: vt plurimũ sunt supstitiose: et in multis alijs a de
monibus seducunt: vñ et dñs verus zelotes ꝑm rectũ zelũ qui est
vehemẽs amator in ꝑpriam spõsam ex quo aliũ non solũ acce
dere non patit: sed nec signa adulterij vel suspitionis vt marit⁹
zelosus sup aiam quam precioso sanguine emit: et per fidem de
sponsauit sustinere põt in tactu colloquio approꝑinquatione
quocũq̃ modo cũ inimico dyabolo et aduersario salutis. Et si
signa adulterij maritus zelosus non patit: ꝙtum tunc turbat
qñ adulteriũ committit: vñ non mirum si ꝑprij subtrahuntur
filij et adulterini supponunt. Et quidem vt fortius ista imprimantur et ꝙtum deus animam zelat et non vult nec signa suspi
tionem causantia pati. Patet ex antiqua lege: vbi vt ꝑplm suos
funditus elongaret ab idolatria ꝓhibuit non solũ idolatriam
sed multa alia que occasionem possent prebere ad idolatriam
et que etiam in se non videntur habere vtilitatem: quam tamẽ
in suo mystico sensu miserabiliter retinent: vnde non solum
dixit. Exo. xxij. Maleficos non patieris viuere super terram:
sed et hoc adiunxit: non habitet in terra tua ne forte peccare

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

te faciat: sicut copulatrix occiditur ⁊ pernagari inter hoīes nō permittīt. Nota zelū dei. Deutero. xxij. deus p̄cepit. Midū cū ouis aut pullis desup cubātem matrē nō deberēt simul seruare: sed matrē p̄mittere auolare: q̄ hoc gentiles ad sterilitatem vertebant: zelotes dñs in suo pp̄lo noluit tale signū adulterij pati: sic iā vetule inuētionē denarij signū magne fortunij ⁊ per oppositū vbi thesaurum somniarēt iudicant. Item p̄cepit oīa vasa cooperiri: ⁊ vasculū nō habens opculū immūdum cēseri. Error erat vt veniētes de nocte demonibus vt aut vetūle dicūt dye seligen. sz sunt malefice vel demones in earum effigiēs debent oīa ꝓsumere vt post abūdantius tribuāt. Colorāt q̄dam ⁊ dicūt schrettel sunt cōtra determinationez doctorū: q̄ p̄ter hoies ⁊ angelos nō sunt alie creature rōnales: vñ nō sunt nisi demones. Item leui. xix. Ne in rotundum attōdetis comam: ne radetis barbam. Illa em̄ faciebāt idolatre in veneratiōnē idolorum. Item Deutero. xxij. vt viri nō induerentur vestib⁹ mulierum nec ecōuerso: q̄ ille in venerationem dee veneris ⁊ alij in venerationem martis ⁊ dee priapis. Item ea de causa iussit destrui aras idolorū. ⁊ Ezechias destruxit serpentē eneū q̄ populus ei voluit offerre dicēs: cuprum est. Et ea de causa inhibuit somnia nō obseruari ⁊ auguria: ⁊ precepit vt vir aut mulier in quo phitonicus spūs esset occideretur sicut iam sunt vvarsagerin nuncupati: que oīa q̄ suspitionē generāt ad adulterium spūale: ideo vt dictum est ex zelo quem deus habet ad aias sibi desponsatas sicut sponsus ad sponsam inhibuit. Sic etiam ⁊ nos p̄dicatores aduertere debemus: q̄ nullū sacrificiū deo magis acceptum q̄ zelus aiarū. vt Iero. sup Ezechielez testatur. Unde ⁊ consequēter in tertia parte operis de extermi nio maleficarum quo ad vltima remedia tractandum erit: hoc ipm̄ em̄ vltimum ecclesie refugiuz ad quod etiā ex diuino obligatur: vt dictum est precepto. Maleficos ne patiaris viuere super terram: vbi ⁊ remedia contra maleficos sagittarios ic̄lu duntur: cum ⁊ hoc ipm̄ genus nisi per seculare brachium posit exterminari. Remedium dum quis intuitu commodi tēporalis se ex toto demoni deuouit sicut experiētia sepe docuit per veram confessionem licet a diaboli potestate liberantur: tamen diu ⁊ post grauissime molestati: ⁊ p̄cipue nocturnis tē-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

poribus fuerũt: ⁊ hoc in eoꝝ penam deus permisit: signum autem ꝙ liberati erant ex illo agnoscebaꝫ: qꝛ pecunia in bursis aut capsulis post ꝓfessionem deficiebat supque plurima gesta deduci possent: sed brevitatis causa omittuntur.

¶ Seqtur tertia ps totiꝰ opis sup modos exterminãdi vel adminꝰ puniẽdi p debitã iusticiã in foro eccliastico ⁊ ciuili: ⁊ habebit q̃stiones. xxxv. gñalis tñ ⁊ introductoria premittitur.

Trũ malefice ⁊ earuꝫ fautores. receptatores. ⁊ defensores ita subyciunt̃ iudicio eccliastico diocesanoꝝ ⁊ ciuili ꝙ ab earũ inquisitione valeãt hereticæ prauitatis inq̃sitores esse exonerati. Et arguit ꝙ sic. Má in ca. accusatꝰ. §. sane. li. vi. dꝛ. Sane cũ negociũ fidei qꝺ summe priuilegiatũ existit. p occupatiões alias nõ debeat impediri pestis inq̃sitores hereticæ a sede apostolica deputati. de diuinationibꝰ aut sortilegñs nisi heresim saperẽt manifeste intromittere se non debent nec punire talia exercentes: ſꝫ relinquere suis iudicibꝰ puniendos. Sed videt obstare ꝙ heresis maleficarum hic nõ exprimit̃. Tuꝫ qꝛ eisdẽ penis in foro ꝓsciẽtie puniunt̃. de ꝓse. di. ij. p dilectiõe. Si diuinatoꝝ ⁊ maleficoꝝ pctm̃ occultũ sit interponitur penitẽtia. xl. dierum: si notoriũ eucharistie denegaꝫ. ⁊ quoꝝ in eadem pena etiã idem iudiciũ decernit̃: tũ etiã qꝛ eadeꝫ vtrobiqꝫ videt esse culpa cũ sicut sortilegi iudiciũ sortiũt: ita malefice nocumenta creaturaruꝫ a demonibus expectant ⁊ exigunt vtrobiqꝫ: qꝺ a solo deo q̃rendũ est a creaturis illicite requirẽtes. vñ vtrobiqꝫ pctm̃ idolatrie ad quẽ sensum Esaie. xxi. notaꝫ ꝙ rex babilonis stetit in biuio in capite duarũ viarum commiscẽs sagittas interrogauit idola. ¶ Preterea si dicaꝫ ꝙ ca. restringit diuinatores ⁊ sortilegos sup crimẽ heresis. i quo subesse debẽt iudicio inq̃sitoꝝ cũ dicit. nisi heresim saperent manifeste. ita ꝙ ad minus diuinatores ⁊ sortilegi hereticales sint eis subiecti. Contra: qꝛ tũc essent dãdi diuinatores artificiales. de q̃bꝰ nullibi i scripturis fit mẽtio. ¶ Preterea si malefice sunt inq̃sitoꝝ iudicio subiecte. hoc erit ꝓpter crimẽ heresis: ſꝫ qꝛ facta maleficarũ sine heresi pñt fieri. ꝓbaꝫ. Má sicut cõculcare corpus xp̃i in luto qꝺ valde horrẽdũ esset pctm̃ põt fieri sine errore in intellectu. ⁊ ꝙ consequẽs etiam sine heresi: qꝛ stat firmiter aliquez credere

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

